UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ōrigenus Tōn Eis Tas Theias Graphas Exēgētikōn Hapanta Ta Hellēnisti Heuriskomena

Origenes

Coloniæ, 1685

Origenis Commentaria.

urn:nbn:de:hbz:466:1-79842

Visual Library

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ ΕΞΗΓΗΤΙΚΑ. ORIGENIS COMMENTARIA.

ΑΠΟ ΤΩΝ ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ ΕΙΣ ΤΗΝ ΓΕΝΕΣΙΝ.

EX ORIGENIS COMMENTARIIS IN GENESIM.

Ad caput 1. verſicul. 12.

Interprete FRANCISCO VIGERO.

Εἰ δέ τινι τοιοῦτόν ἐστι διὰ τὰς ἀνθρωπίνας τεχνίτας μὴ δύνασθαι τὸν θεὸν χωρὶς ὕλης ἀχρήτου τὸ ὁπωσοῦν βούλημα κατασκευάζειν τὸ ὄντα, ἐπεὶ μηδὲ ἀνδριαντοποιὸς χωρὶς χαλκοῦ τὸ ἴδιον ἔργον ποιῆσαι δύναται, μηδὲ τέκτων χωρὶς ξύλων, μηδὲ οἰκοδόμος χωρὶς λίθων. ζητητέον πρὸς αὐτοὺς εἰ δυνάμεως θεοῦ, εἰ θελήσας ὑποστῆσαι ὁ, τι βούλεται ὁ θεὸς, τῆς θελήσεως αὐτοῦ οὐκ ἀνθιστώσης, ἀδρανίαν ὑπόστασιν ὑποστῆσαι ὁ βούλεται· ᾧ γὰρ λόγῳ τὰς ποιότητας, καὶ πάντας τοὺς πρόνοιαν εἰσάγοντας τῷ ἰδίῳ λόγῳ, οὐκ ὄντας ὡς βούλεται εἰς διακόσμησιν ἐπάγει πάντως ὑφίστησι τῇ ἀφάτῳ αὐτοῦ δυνάμει καὶ σοφίᾳ, τούτῳ τῷ λόγῳ καὶ τῷ ὄντι, ὅσης χρήζει, ἰκανή ἐστιν αὐτοῦ ἡ βούλησις ποιῆσαι χρεών. διαπορήσομεν γὰρ πρὸς τοὺς ἀβουλομένους ταῦτ' οὕτως ἔχειν, εἰ μὴ ἀκολουθεῖ αὐτοῖς δυστυχήσαντα τὸν θεὸν, ἀχρήστου εὑρόντα τὴν ὕσιαν, ᾧ εἰ μὴ τὸ ἀχρήστον αὐτῷ ὑποβεβλήκοις ᾧ, οὐδὲν ἔργον δυνατὸς ᾧ ποιῆσαι, ἀλλ' ἔμφυτον ὁ δημιουργὸς, ὁ πατὴρ, οὐκ ἀεργὸς, οὐκ ἀγαθὸς, οὐκ ἄλλό τι τῶν εὐλόγως λεγομένων περὶ θεοῦ· πόθεν δὲ καὶ τὸ μετρεῖν τῆς ὑποκειμένης ὕσιας τὸ τοσόνδε, ὡς διαρκέσαι τῇ πλικότητι κόσμου

A Si quispiam eo in errore versabitur, ut de artificum nostrorum more cogitans, dandum esse neget, Deum res universas moliri posse, nisi materiam quandam ortu carentem præ manibus habuerit, cum neque statuarius absque ære, nec faber lignarius sine lignis, nec architectus sine lapidibus susceptum opus elaborare possit: de potestate Dei quærendum ex illo est, utrum Deus ubi quidquid ipsi placuerit, moliri statue-
B rit, nulla difficultate vim ejus voluntatis inhibente, quod visum sibi fuerit, perficere possit. Qua enim ratione, qualitates illas (id quod ex eorum omnium qui Providentiam esse defendunt oratione, sententiaque conjunctum est) quæ nullæ dum erant, ad Universi ornatum, pro infinita potestate, sapientiaque producit: eadem omnino naturam quamlibet, si qua forte indigeat, procreare continuo voluntas ejus per sese poterit. Nam quæremus ex iis, qui rem hoc modo se habere negaverint, num-
C quid ex eorum opinione consequens sit, belle admodum id ac fortunate Deo cessisse, quod in naturam illam ortus expertem inciderit, quam nisi eo ipso quod ortu careret, nactus esset, nihil unquam efficere potuisset; adeoque perpetuo Molitoris, Parentis, Benigni, Boni, ac cæteris omnibus, quæ magna cum ratione Deo tribuuntur, nominibus spoliatus perstitisset. Deinde qui fieri possit, ut vim materiæ tantam, sic tanquam ad pondus accurate, justeque admensam inverierit,

quæ ad hujus proprie, non majoris, minorisve mundi molitionem satis esset. Invehenda quippe nescio quæ, Deo tamen antiquior Providentia necessario fuerit, quæ materiam ei subjecerit, dum id ea provideret inposterum, ne quas in se Deus haberet artis suæ notiones, irritæ cederent, si non ejus naturæ copia fieret, cujus opera tam excellentem, & eximiam Universi speciem efficeret. Unde porro id habuit, ut omnis qualitatis capax esset, quam eidem imprimere Deus voluisset, nisi qualem eam habere ipse vellet, talem ante sibi, tantamque molitus erit? Jam ut nonnullis daremus ortu carere materiam, iis tamen qui sic opinantur, hunc in modum instare possemus; si quantumvis naturam illam Deo Providentia nulla subjecerit, ejusmodi tamen ea per se fuit: eandem si Providentia suopte consilio procreasset, ecquid amplius ipsa, quam quod fortuito, casuque factum videmus, effecisset. Quid si Deus ipse materiam, quæ nulla dum esset, fingere, molirique statuisset? ecquid tandem ejus cum sapientia, tum divinitas excellentius, quam quod ex ortu carente materia extitit, molitus esset? Nam si ex Providentia idem omnino profecturum erat, quod sine Providentia factum est: quidni ex ipso quoque mundo auctorem omnem, artificemque tollamus? Quemadmodum enim absurdum fuerit, mundum hunc dicere, tam eleganter, apteque constructum, absque sapientis artificis manu talem extitisse: ita vim materiæ tantam, ejusque conditionis & naturæ, adeoque artifici numinis rationi obsequentem, sine ortus sui principio per se ipsam extitisse, non minus ineptum videri debet. Cæterum iis qui artificum nostrorum comparationem obtendunt, quorum nemo sine materia quicquam efficiat, occurrendum nullam eorum hoc in genere similitudinem esse. Materiam enim artifici cuilibet Providentia subjicit, quæ à principe quadam, seu humana illa, seu divina sit, arte oriatur. Atque hæc in præsentiarum adversus eos satis erunt, qui quod ita scriptum videant: *Terra autem erat invisibilis & vacua*, naturam corpoream ortus omnis expertem esse opinantur.

Gen. 1, 2.

Α ὑποστάσει; οἱονεὶ γὰρ προνοιά τις προϋπῆρχε θεῷ, ἀναγκαίως τῇ ὕλῃ ἔσαι ὑποβεβλημένη τῷ θεῷ, προνοουμένῳ τὴν τέχνην τὴν συμπάρχουσάν αὐτῷ μὴ κενοπαθῆσαι, ἢν ἔσης οὐσίας, ἣν ὁμιλῆσαι δυνάμενον κατεκόσμησε τὸ πλεῖστον κόσμου κάλλος· πόθεν δὲ καὶ ἡ ἐκπληκτικὴ γεγένηται πάσης ἧς βλέπομεν ὁ θεὸς ποιότητος, μὴ αὐτὸς ἑαυτῷ τοιαύτην καὶ τοιαύτην ποιήσαντος, ὁποίαν ἔχειν ἐβούλετο; καὶ ὑποθέσιν γὰρ ἀποδεξάμενοι τὸ ἀγένητον εἶναι τὴν ὕλην,

Β ταῦτα ἐροῦμεν πρὸς τοὺς ἔτι βουλομένους, ὅτι εἰ προνοίας οὐκ ὑποβαλλούσης τὴν οὐσίαν τῷ θεῷ τοιαύτη γένηται, εἰ προνοία μὴ ὑφεστῶσα, τί ἂν πλέον πεποιήκει ἢ αὐτόματος; καὶ εἰ αὐτὸς μὴ ὕλης ἐβούλετο κατασκευάσαι αὐτὴν, τί ἂν πλέον ἡ σοφία, καὶ ἡ θειότης αὐτὸ πεποίηκεν ἢ ἐξ ἀγενήτου ὑποστάντος; εἰ γὰρ ἀφίστατο τοῦτον γενόμενον ἂν ὑπὸ τῆς προνοίας,

C ὅπερ καὶ χωρὶς προνοίας ὑπῆρχεν, διὰ τί οὐκ καὶ ὅλον τὸν κόσμον ἀφετήσομεν τὸν δημιουργὸν καὶ τὸν τεχνίτην; ὥσπερ γὰρ ἄτοπον ὅλον τὸν κόσμον εἰπεῖν εἶναι τεχνικῶς κατεσκευασμένον, τὸν χωρὶς τεχνίτου σοφοῦ τοιοῦτον γεγονέναι, οὕτω καὶ τὸν τῆς ὕλης τοιαύτην ἢ τοιαύτην, καὶ οὕτως ἐκπλῆξαι τῷ τεχνίτῃ λόγῳ θεοῦ ὑφεστηκέναι ἀγενήτως, ὅπερ ἐστὶν ἄλογον· πρὸς μύρτους γὰρ τοὺς προβαλλομένους, ὅτι ἐκεῖς δημιουργὸς χωρὶς ὕλης ποιεῖ; λεκτέον ὅτι ἀνομοίως προβάλλεται· πρόνοια γὰρ πάντα τεχνίτῃ ὑποβάλλει τῇ ὕλῃ, ἀπὸ προτέρας τέχνης, ἢ ἀνθρωπίνης, ἢ θείας ἐρχομένῃ· ταῦτα μὲν οὖν ὅλα ἐπὶ παρόντος ἀρκέσει, πρὸς τοὺς διὰ τὸ λέγεσθαι· ἡ δὲ γῆν ἀόρατον καὶ ἀκατασκεύαστον, ὁμοίους ἀγένητον εἶναι τῷ σωματικῷ φύσιν.

E III. TOMO COMMENTARIORUM IN GENESIM.

ΕΚ ΤΟΥ ΤΟΜΟΥ Γ΄ ΤΩΝ ΕΙΣ ΤΗΝ ΓΕΝΕΣΙΝ.

Ad caput I. versicul. 14.

Eodem Interprete.

QUod hic habetur, luminaria quæ sane alia non sunt, quam Sol, Luna, cæteraque sydera, tanquam signa quædam esse constituta, id vero ut diligenter explicetur, inprimis necessarium est. Nec enim gentes illæ modo, quæ à Christi fide alienæ sunt, ad eum qui de Fato instituitur, locum offendunt,

Ε Περὶ τῶν εἰς σημεῖα γεγονέναι τὰς φωστῆρας οὐκ ἄλλως ἥλιόν καὶ Σελήνης, καὶ τῶν * ἄστρων τυγχάνοντας, τῶν σφόδρα ἀναγκαιοτάτων ἐστὶ διαλαβεῖν, ἀμόνον * ἐθνῶν τῶν τῆς χριστῆς πίστεως ἀλλοτρίων, σφαλλομένων εἰς τὸν περὶ εἱμαρμένης τόπον τῇ

* Pal. ἀστέρων
* Pal. καὶ

τῇ τῶν * καλουμένων ἀστέρων ἁπλοκῇ, πρὸς τὸν ζῳδιακὸν παντῶν αὖ τῶν νομιζομένων συμβαίνειν τῷ ἅπτεσθαι τῆς γῆς καὶ τῷ πρὸς ἕκαστον ἀνθρώπων, ἴσχα ὃ καὶ ἀλόγων ζώων· ἀλλὰ γὰρ καὶ πολλῶν τῷ πεπιστευκέναι τοῦτο λαμβανομένων πρεσβυτέρων, μὴ ἀφανιεῖ ἄλλως γράφειν, ἢ ὡς οἱ ἀστέρες τὰς διαφόρους χρηματισμὸς * ἀπετέλεσαν· ἐπεὶ ὃ τοῖς ταῦτα δογματίζουσιν ἐξόλων τὸ ἐφ' ἡμῖν ἀναιρεῖν· διόπερ γὰρ ἔπαινον, καὶ ψόγον, καὶ τιμὰς ἀποδεκτὰς, πάλιν τε αὖ ψευδεῖς· ἀπὸ εἰ ὅτως ἔχει, τὰ τῆς κεκηρυγμένης τοῦ θεοῦ κρίσεως ὀίχεται, καὶ ἀπειλαὶ πρὸς τοὺς ἁμαρτικοὺς, ὡς κολασθησομένους. πρὸ γε οὖν πρὸς τοὺς τοῖς κρείττοσιν ἑαυτοὺς ἀποδεδωκότας, καὶ μακαριότητες. ἐδὲν γὰρ ἐπὶ τούτων ἀλόγως ἔσαι * χρησμὸν, καὶ εἰ τὰ ἀκόλουθά τις ἑαυτῷ ἐφ' οἷς δογματίζει βλέποι, καὶ ἡ πίστις ἔσαι * μάταια. ἤτε χρισοῦ ἀποδημία ἐδὲν ὠφέλησα, καὶ πᾶσα ἡ διὰ νόμου τε καὶ προφητῶν οἰκονομία, κἀμοί τε ἀποστόλων, ὡσπερ δ' συνῆσαν * τοῖς διὰ χριστὸν τοῦ θεοῦ ἐκκλησίας· εἰ μὴ ἄρα καὶ χριστὸς κατὰ τοὺς ἔτω τολμηρὰς, ὡσὶ τῶν ἀνάγκην τῶν ἀστέρων κινήσεως * τὴν γένεσιν ἀνειληφέναι χρόμενος, πάντα πεποιηκοί τε καὶ πάθοι, ἃ δὴ θεοῦ τε πατρὸς * τῶν ὅλων ἀπώσας ἀδύξεις δυνάμεις δωρησαμένα, ἀλλὰ τῶν ἀστέρων. οἷς ἀθέοις τε καὶ ἀσεβέσι τοιχάνεσι λόγοις ἀκολουθεῖ τε τοὺς πεπιστευκότας ὡσὶ τῶν ἀστέρων ἀγομένους πιστεύειν εἰς θεὸν λεγέσθαι· πυθοίμεθα δ' ἂν ἀνθρώπων ὁ θεὸς βουλόμενος τοιοῦτον ἐποίει κόσμον, ἵν' οἱ μὲν ἐν ἀνθρώποις ὄντες, τὰ γυναικῶν πάσχωσιν, ἀδαμῶς ἑαυτοῖς αἴτιοι τῆς ἀσελγείας γεγενημένοι. ἕτεροι δ' ἀγρίων ζώων καθάσαν * εἰληφότες, τῷ τῶν φορῶν ἅπαντα τοιοῦτες ἀνθρώπους πεποιηκέναι, διὰ τὸ τὸν θεὸν ὅτω κεκοσμηκέναι τὸ πᾶν, ἁπλοῦσθαι ἑαυτὸς ὁμοτρόποις τοῖς σφόδρα ἀπηνθρώποις πράγμασιν, * ἀνδροφονίας καὶ πειρατείας, καὶ δὴ λέγειν ἡμᾶς θεοὶ τῶν συμβαινόντων ἐν ἀνθρώποις, τοὺς ἁμαρτανομένων ὑπ' αὐτῶν μυρίων ὅσων τυγχανόντων, ὧς τινας οἱ τῶν γυναίων πρεσβυτέρους τούτων λόγων ἀπολύοντες παντὸς ἐγκλήματος, τῷ θεῷ προσγράφουσι πάντων τῶν * κακῶν, καὶ ψευδῶς προσαγομένων * τῷ αἰτίῳ· ἐὰν δέ τινες αὐτῶν ὡς ἀπολογούμενοι τοῦ θεοῦ, ἕτερον μὲν εἶναι λέγωσι τὸν ἀγαθὸν, ἑδένος τούτων ἔχοντα τῷ ἀρχῇ, τῷ ὃ δημιουργῷ * πάντων τὰ τοι-

Quod quæ in terris eveniunt omnia, quæque singulos ad homines, imo quæ ad brutas quoque fortassis animantes pertinent, ea stellarum, quas errantes vocant, cum iis quæ ad Zodiacum adhærescunt syderibus complexione quadam, & comparatione fieri arbitrentur: sed eorum etiam permulti, qui Christianæ fidei sectatores ac professores habentur, anguntur animis, ne humanæ res adeo necessitate teneantur, ut aliter quam varius astrorum situs, & collocatio jubeat, fieri non possint. Qua quidem ex opinione consequens illud est, ut funditus voluntatis nostræ vis, facultasque tollatur; simulque proinde laus omnis ac vituperatio, rerumque vel approbatione dignarum vel reprehensione discrimen. Hæc porro sublata si semel erunt, evanescat pariter necesse est quidquid de judicii divini æquitate jactatur, concidant vel intentatæ scelerati pœnarum ac supplicium minæ, vel promissa melioris sanctiorisque vitæ professoribus gloriæ ac felicitatis præmia, nihil enim ipsorum deinceps cum ratione fiet. Imo, si quis cætera quæ ex ejusdem sententiæ vi efficiuntur, spectare volet; non inanis profecto solum, ac supervacanea fides nostra futura sit, sed ne ipse quidem adventus Christi, totaque illa seu Legis, seu Prophetarum œconomia, & Apostolorum in excitandis, constabiliendisque Christi Dei Ecclesiis suscepta contentio vel hilum profecerit. Nisi tamen ipsius etiam Christi non modo nascendi rationem, sed quidquid præterea vel egerit, vel tulerit, eandem in conversionis astrorum necessitatem projecta hominum istorum temeritas illigabit: perinde videlicet, quasi iis ab syderibus vim illam rerum admirabilium, non à Deo, cunctorumque parente acceperit. Cujus ex orationis impietate illud sequitur, ut quotquot divinam fidem amplectuntur, ad illam syderum omnes impulsione rapiantur. Ego vero quæsierim ex iis perlibenter, quid tandem secutus hac in mundi molitione Deus fuerit, ut ex ea virorum qui in eo degunt multitudine, alii nulla sua culpa muliebris veneris turpitudinem paterentur; alii ferino plane ritu, quod tales ipsos efficeret Universi hunc in modum à Deo constituti impetus atque conversio, teterrimis sese, diræ simisque sceleribus, ut homicidiis ac piraticis prædationibus dederent? Quanquam quid attinet hanc à nobis de rebus iis, quæ vel hominibus eveniunt, vel ab iisdem peccantur, quæque prorsus infinitæ sunt, disputationem instituí, quos præsertim dogmatis istius assertores egregii dum ab omni culpa liberant, malorum, quæque scelerate fiunt omnium, Deo causam assignant? Quorum si nonnulli, ut Dei causam tueri videantur, bonum quendam alterum esse dicent, eumque rerum istarum fontem esse ac principium negabunt, quod uni isti

duntaxat rerum creatarum molitori similia tribuenda velint: primum, ne sic quidem, quod ipsi volunt, justus ut iste sit, efficient. Quomodo enim, quem tot malorum parentem fatentur, ipsi quoque justum eundem esse jure meritoque defendant? Deinde quid sentiant ipsi de se, quærendum ex illis est; utrum sese Astrorum conversione obligatos esse, an liberos, atque ejusmodi, apud quos hac in vita nihil omnino motus ille possit? Obligatos si fatebuntur, hunc illis profecto Astra quoque sensum impresserint: adeoque novam de superiore suo, fictitioque Deo mentem, hujus conversione mundi, suus ille, quod ipsi negant, architectus injecerit. Sin autem ejus se minime, quas Astra volvunt, legibus teneri respondebunt, id ne ab iis temere negari videatur, majori utique vi suffragium illi nostrum extorquere debent, certo discrimine duo inter mentium genera constituto, quarum aliæ ortus, fatique necessitatem subire cogantur, aliæ defugiant. Hac enim se quæstione profecto nunquam explicabunt. Ad hæc preces ac vota nuncupare, supervacaneum plane sit. Nam si hæc illave fieri necesse est, haneque Astra necessitatem afferunt, nec aliter quam eorum mutua complexio jubeat, fieri quicquam potest, hoc aut illud abs Deo impetrare sine ratione contendimus. Sed quorsum pluribus communis hujus de Fato loci, quem inconsiderate vulgus adhuc hominum trivit, impietatem persequimur? Eam quippe superiori oratione informasse sat est. Jam vero cum locum illum expenderemus: *Sint in signa luminaria*, quemadmodum in eam disputationem delapsi fuerimus, nobis in mentem revocemus. Qui vel aliqua de re veri ex aliis quidquam intelligunt, vel ipsimet rei gestæ oculati testes fuerunt, ij profecto rem aperire, sincere, integreque possunt: quippe qui vel quod passus alter fuerit, vel quod idem perfecerit, aut oculis ipsi suis usurparint, aut aliorum, qui tamen rei causam dederint nullam, commemoratione acceperint. (Illud enim sane omittamus, fieri posse, ut qui aliquid vel passi fuerint, vel fecerint, eos etiam qui præsentes non interfuerint, narratione ipsi sua totius in rei cognitionem adducant.) Si quis ergo, postquam certi aliquid aut evenisse quibusdam, aut eventurum esse, ab illo qui ejus causa non sit, auditione acceperit, non cogitet apud se, quisquis rem quamlibet aut gestam esse, aut gestum iri doceat, non eum continuo ejusdem rei causam esse: is sane, quicunque vel factum aliquid, vel futurum esse aperiet, ab eodem aut profectum illud, aut profecturum

αὐτὰ * προσάπτωσι, πρῶτον μὲν εἰ δὲ ὡς * Plato
βέλονται) δυνήσονται ἀποδεικνύναι ὅτι ἐστὶ δίκαιος· comp. Gen.
πῶς γὰρ ὁ τοσούτων κατ' αὐτὸς πατὴρ, εἰλόγως
* χρηματίζοι δίκαιος; δεύτερον ἢ περὶ ἑαυτῶν * Plato
* τί ποτε φήσουσιν, ἐξεταστέον. πότερον
ὑπόκεινται) τῇ φορᾷ τῶν ἀστέρων, ἢ ἐλεύθεροί εἰσιν; * Plato
καὶ ἐν τῷ βίῳ τυγχάνοντες, εἰ δέν ἐναργέμμονον
εἰς ἑαυτὸς ἔχουσιν ἐπεῖθεν· εἰ μὲν γὰρ φήσουσιν
ὑποκεῖσθαι τῇς ἄστροις, δῆλον ὅτι τὰ ἄστρα
* τὸ νοῆσαι αὐτοῖς τὸ ἐχαείσατο. καὶ ὁ δη- * Plato
μιουργὸς ὑποβεβλημένως ἔσαι διὰ τ' παντὸς κινήσεως τὸν λόγον τὸν περὶ τ' ἀνωτέρω ἀναπεπλασμένε θεῦ, ὅπερ εἰ βέλονται· εἰ δ' ἀπο-
κεκρύφθαι) ὅτι ἔξω τῶν νόμων τυγχάνουσι τ' δημιουργοῦντῶν κατὰ τὰς ἀστέρας, ἵνα μὴ ἀπόφασις ἢ τὸ λεγόμενον ὑπ' αὐτῶν ἀναπόδεικτος, πρόσθητωσαν ἡμᾶς προσάγειν ἀναγκαιότερον, διαφορὰν προισάντες νῦ τινὶ ὑποκειμένῳ γενέσει καὶ εἱμαρμένῃ, καὶ ἑτέρᾳ ἀποστάτων ἐλευθέρᾳ· δῆλον γάρ * ἐστὶ τοὺς τοιούτους, ὅπ λόγον * Plato
ἀπαιτοῦντες δοῦναι αὐτοῖς, ἐδαμῶς δυνήσονται) · προς ὃ τοῖς εἱρημένοις καὶ δύκαὶ παρελκυσι μάτιον προσλαμβανόμενον· εἰ γὰρ κατηναγκασμένα τάδε πνὰ γένεσθαι, καὶ οἱ ἀστέρες ποιοῦσιν, ἐδὲν ἧσσα τῶν τοῦτων προς ἀλλήλας ἐπιπλοκὴν δυνάμεν) γένεσθ, θεὸν ἀλογίστως ἀξιοῦμεν τάδε πνὰ ἡμῖν δωρήσασθαι· καὶ π * ἐπὶ * Plato
πλεῖον μηκύνειν λόγον δεῖ, παρισάντα τ' ἀσεβὲς δ' κατηναξευμένε ἀβασανίστως προσθῆς πολλοῖς περὶ εἱμαρμένης τ' πεπαιδάρκηνται καὶ τὰ εἱρημένα· πόθεν ἢ ἐξετάζοντες τ' ἔσωσαν εἰς σημεῖα οἱ φωσῆρες, ἐπὶ τοσοῦτα ἐλπιδαμένε, ἑαυτὲς ὑπομνήσωμεν· οἱ μανθάνοντες περὶ τινων ἀληθῆ, ἢ τι αὐτοπάθειαν τῶν πραγμάτων γνόμενοι, ἀπαφαίνον) τάδε πνὰ ὑγειῶς, τ' πάθ' ἑτέρων ἐνέργειαν τ' πεπονθότων, ἢ * ἐνεργησάντων θεασάμενοι, ἢ ἀ- * Plato
παγγελλόντων τῶν ἐδαμῶς αἰτίων τοῖς ἐγγεγυμνασμένοις ἀκέσασθαι, τάδε πνὰ γινώσκειν· ὑπὲρ- * Plato
ξηνέχθω * ἢ νῦν δ' λόγε, τὸ δυνάσθαι τὲς δεδρακότας ἢ πεπονθότας * διηρημένως ἃ δὲ- * Plato
δρακασιν, ἢ πεπόνθασιν, ἐνάγειν εἰς γνῶσιν τῶν πεπραγμένων τὸν μὴ * παρατετυχότα· ἐαὶ * Plato
ὅων ὁ διδασκόμενο ὑπὸ τε μηδαμῶς αἰτίε τῶν * γινομένων, τὸ τάδε πνὰ τοῖσδε γε- * Plato
γονέναι ἢ συμβῆσεθαι, μὴ * διακεκνων ὅτι δ' * Plato
πάντως ὁ διδάσκων περὶ τινο ὡς γενομένε ἢ ἐσομένε, αἰτιός ἐστι τ' τὸ πρᾶγμα τοιόνδε γε- * Plato
γονέναι, ἢ τάδε πνὰ γενόμενα, ἢ τάδε πνὰ ἔσεσθαι, πε-

τυγχάνειν, * οἱόνσε) τὸν παρασήσαντα περὶ ἢ ποιήσειν τὰ περὶ ὧν διδάσκει. * οἱόνσε) ὃ δηλονότι ἐσφαλμένως· ὡς ἔι τις ὑπ-

χων

χὼν προφητικῇ βίβλῳ προδηλώσῃ τὰ περὶ
ἰωσίου τὸν προδότην, νομίσας μαθὼν τὸ ἐσόμε-
νον, ὀφῶν αὐτὸ ἀποτελέμενον, τῷ βίβλον αἰτίαν
εἶναι * τοῦ τὰ γεγονέναι ὕστερον. ἐπεὶ ἀπὸ τῆ βί-
βλου μεμάθηκε * τὰ ὑπὸ τῦ ἰώσια * προ-
γνωσόμενα ὕστερον· ἢ πάλιν μὴ τῷ βίβλον
προλάβοι εἶναι αἰτίαν, ἀλλὰ τὸν πρῶτον γρά-
ψαντα αὐτῷ, ἢ τὸν ἐνεργήσαντα φέρειπεῖν
τὸν θεόν· ὥσπερ ὃ ἀπὸ τῦ περὶ ἰώσια προφη-
τευομένων, αὐταὶ αἱ λέξεις ὀφείλομεν ἐμ-
φαίνειν τὸν θεὸν ποιητὴν μὴ γεγονέναι τῆ ἰώ-
σια προθέσεως ἀλλὰ μόνον δεδηλωκέναι προε-
γνωκότα τὰ ἀπὸ τότε κακίας προαχθησό-
μενα παρὰ τῷ αὐτῷ * αἰτίων. ἕτως εἰ πῆς ἐμ-
βαθύναι τῷ λόγῳ ἢ προειδέναι τὰ πάντα τὸν
θεόν, καὶ ὃς * ἐν οἷς οἶγε ἐνεπύπωσε τῆ ἑαυτῦ
προγνώσεως τὰς λόγους, καθαιρήσαι ἂν ὅλι ὅτε
ὁ προγνὼς πάντως αἴτιον τῷ προεγνωσμένων;
ὅτε τὰ τὰς τύπας τῷ * λόγων τῆ προγνώσεως
ἢ προεγνωκότι δεξάμενα· ὅπερμὲν οὖν ἕκα-
στον ἐσομένων προέγνω ὁ θεὸς γλυπτόμενον, καὶ χωρὶς μὲν γραφῆς αὐτόθεν ἐν τῆ ἐννοί-
ας τῆ θεῖας, δῆλον τῷ σωιέντι ἀξίωμα δεικνύ-
μενος νῦ θεῦ· εἰ δὲ καὶ ἀπὸ τῷ γραφῶν ἔστι
βεβαιῶσαι, πλήρεις μὲν εἰσὶν αἱ προφητεῖαι
τούτων βεβαιωμάτων. καὶ * τῷ τῶν σωσάν-
νου ἢ θεὸς γινώσκοντι τὰ πάντα, πρὶν γένε-
σεως αὐτῷ, ἕτω λέγουσαν· ὁ θεὸς ὁ αἰώνιος,
ὁ τῷ κρυπτῶν γνώστης, ὁ εἰδὼς τὰ πάντα πρὶν
γένεσεως αὐτῷ, σὺ ἐπίστασαι ὅτι ψευδῆ μαρ-
τυρίαν κατεμαρτύρησαν ἐμοί· καὶ ἰδοὺ ἀπο-
θνήσκω καθὼς οὐκ ἐποίησα οὐδέν, ὧν οὗτοι κα-
κίαν συνετάξαντο κατ' ἐμοῦ· καὶ ἐν τῆ τρίτη
τῷ βασιλειῶν, καὶ ὄνομα * βασιλεύοντος, καὶ
πρόξεις ἀνεγράφησαν, περὶ πλειόνων ἐτῶν ἢ
ψευδῆ προφητευόμενα, ἕτως· καὶ ἐποίησεν ἱερο-
βοὰμ ἑορτὴν ἐν τῷ μηνὶ τῷ ὀγδόῳ, ἐν τῇ
πεμπτῇ καὶ δεκάτῃ ἡμέρᾳ ἢ μηνὸς, κατὰ τὴν
ἑορτὴν τὴν ἐν γῇ ἰούδα. καὶ ἀνέβη ἐπὶ τὸ ἐν
βαθὴλ, ὃ ἐποίησεν ἐν ταῖς διαμάλεσιν, * αἷς ἐποί-
ησεν· εἶτα μετ' ὀλίγα· καὶ ἰδοὺ ἄνθρωπος ἢ θεῦ
ἐξ ἰούδα παρεγένετο ἐν λόγῳ κυρίου εἰς βαθὴλ, καὶ
ἱεροβοὰμ εἱστήκει ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον αὐτὸ ἐπι-
θύσαι. καὶ * ἐπεκάλεσεν ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον
ἐν λόγῳ κυρίου, καὶ εἶπε· θυσιαστήριον, τάδε λέγει
κύριος· ἰδοὺ υἱὸς τέκνον τῷ οἴκῳ δαβὶδ, ἰωσίας
ὄνομα αὐτῷ, καὶ θύσει ἐπὶ σὲ τοὺς ἱερεῖς τῶν ὑψη-
λῶν τῶν ἐπιθυόντων ἐπὶ σε, καὶ ὀστᾶ ἀνθρώπων
καύσει ἐπὶ σε, καὶ ἔδωκεν ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ τέ-
ρας, ὃ ἐλάλησε κύριος λέγων· ἰδοὺ τὸ θυσιαστή-
ριον ῥήγνυται, καὶ ἐκχυθήσεται ἡ πότης ἡ ἐπ' αὐτῷ· καὶ
μετ' ὀλίγα δηλοῖ ὅτι καὶ τὸ θυσιαστήριον ἐρράγη,

Aopinabitur, falso tamen opinabitur. Veluti si quis, uti ex Prophetico volumine, quod Judæ proditoris scelus exitiumque prædiceret, futuram totius rei seriem intellexisset, adeoque cum suis factum ipsum oculis intueretur, idem in volumen facinoris causam omnem, culpamque conferret: aut, si minus volumen, eum certe à quo primum conscriptum illud esset, aut vero Deum ipsum, cujus impulsu ac numine prodijsset, ejusdem perfidiæ auctorem esse sentiret. Quemadmodum enim conceptis ac dissertis, si ea diligenter expendas, istius de Juda B Prophetiæ verbis, Deus omnis proditionis ejus culpa liberatur; idque unum ex illis auferri potest, Deum quod nulla sui numinis communione, sola hominis improbitate futurum scelus ante cognoverat, prænuntiasse: ita profecto quisquis & eam in disputationem, qua Deo rerum omnium antegressa cognitio tribuitur, & in ea, quibus suæ cognitionis signa quædam & formas impresserit, subire altius ac penetrare voluerit, intelliget ipse continuo, non illi utique qui prænoverit, aut ijs ipsis rebus, C quæ prænotionis ejus formas quasdam, notasque susceperint, eorum quæ prænoverit, causam esse tribuendam. Jam vero quidquid aliquando futurum est, id omne Deum multo ante futurum prænosse, ut Scripturæ abesset auctoritas, vel ipsamet ex Dei notione is profecto demum intelligat, qui probe vim illam & excellentiam divinæ mentis intelligit. Si tamen sacrarum quoque literarum testimoniis eam in rem opus est, plenæ sunt exemplorum id genus Prophetarum voces; ipsaque adeo Susanna D rerum ei cognitionem omnium his verbis asseruit: *Deus æterne, qui absconditorum es cognitor; qui nosti omnia antequam fiant; tu scis, quoniam falsum testimonium tulerunt contra me.* Dan. 13. 42. Ac Regum tertio, Regis ipsius nomen, resque ab eo gestas, multis ante annis, quam lucem aspicerent, hunc in modum clarissime Vates divinus expressit: *Constituitque Hieroboam diem solennem in mense octavo, quin-* 3. Re. 12. 33. & seq. *tadecima die mensis, in similitudinem solennitatis, quæ celebratur in Iuda. Et ascendit altare quod fecit in Bethel, ut immolaret vitulis, quos* E *fabricatus fuerat.* Et paulo post: *Et ecce vir Dei venit de Iuda, in sermone Domini, in Bethel, Hieroboam stante super altare, & thus jaciente. Et exclamavit contra altare in sermone Domini, & ait: Altare, Altare, hæc dicit Dominus: Ecce filius nascetur domui David, Iosias nomine, & immolabit super te Sacerdotes excelsorum, qui nunc in te thura succendunt, & ossa hominum super te incendet. Deditque in illa die signum, dicens: Hoc erit signum, quod locutus est Dominus; Ecce altare scindetur, & effundetur adeps qui in eo est.* Ac paucis interjectis, altare disruptum, effusumque adipem esse narratur,

quod signum in sermone Domini Propheta dederat. Similiter apud Isaiam, qui multis ante captivitatem Babylonicam annis vixerat, de Cyro Persarum Rege, qui tanto captivitatem illam intervallo secutus est, quippe qui instaurando Templo (id quod in Esdræ tempus incidit) operam navarit suam; ita nominatim prænuntiatum habes: *Hæc dicit Dominus Christo meo Cyro, cujus apprehendi dexteram, ut subjiciam ante faciem ejus Gentes, & fortitudinem Regum perfringam: aperiam coram eo januas, & portæ meæ non claudentur. Ego ante te ibo, & montes complanabo: portas æreas conteram, & vectes ferreos confringam. Et dabo tibi thesauros absconditos, occultos, invisibiles aperiam tibi, ut scias quia ego Dominus Deus, qui voco nomen tuum, Deus, Israel. Propter servum meum Iacob & Israel electum meum, ego vocabo te nomine tuo & suscipiam te.* Ex iis enim quivis prorsus intelligat, Cyrum in ejus populi gratiam, quem tot beneficiis affecerat, ut Ebræorum pietatem ac religionem ignoraret, à Deo tamen Gentium plurimarum imperium accepisse. Atque id Græcorum etiam, qui res Cyri, quem Propheta cecinit, memoriæ prodiderunt, auferre possis. Quin etiam apud Danielem, quo tempore Babylonicum florebat imperium, Nabuchodonosori futurum deinceps imperiorum oblata species est. Auro quippe Babyloniorum, Persarum argento, Macedonum ære, ferro denique Romanorum significabatur imperium. Ac rursus idum Propheta de Dario simul & Alexandro, nec non de quatuor Alexandri Macedonum Regis successoribus, ipsoque Ptolemæo, qui Ægypti regnum tenuit, cuique Lago cognomentum fuit, ejusmodi reliquit oraculum: *Ecce autem hircus caprarum veniebat ab Occidente, super faciem totius terræ: & hircus habebat cornu inter oculos suos. Et venit usque ad arietem illum cornutum, quem videram stante ante Vbal, & cucurrit ad eum in impetu fortitudinis suæ. Et vidi eum pervenientem usque ad arietem, efferatus est in eum, & percussit arietem, & comminuit duo cornua ejus, & non poterat aries resistere ei, cumque eum misisset in terram, conculcavit: & nemo quibat liberare arietem de manu ejus. Hircus autem caprarum magnus est nimis: cumque crevisset, factum est cornu ejus magnum; & orta sunt alia cornua subter illud per quatuor ventos cæli. De uno autem ex eis egressum est cornu unum forte, & factum est grande valde contra Meridiem & Occidentem.* Quid hic Prophetarum de Christo ipso voces & oracula commemorem? de Bethleemo, ubi natus; de Nazaretho,

Esa. 45. 1. 2. & seq.

Dan. 8. 5. & seq.

A καὶ ἐξεχύθη ἡ πιότης ἀπὸ τοῦ θυσιαστηρίου κατὰ τὸ τέρας ὃ ἔδωκεν ὁ ἄνθρωπος ἐν λόγῳ κυρίου· καὶ ἐν τῷ ἡσαΐᾳ γενομένῳ περὶ πολλοῦ τῆς αἰχμαλωσίας τῆς εἰς βαβυλῶνα, μεθ' ἣν αἰχμαλωσίαν ὕστερόν ποτε γίνεται κῦρος ὁ πρεσῶν βασιλεὺς, συνεργήσας τῇ οἰκοδομῇ τοῦ ναοῦ, * γενομένῳ κατὰ τοὺς χρόνους ἔσδρα, ταῦτα περὶ κύρου ὀνομαστὶ προφητεύεται· οὕτω λέγει κύριος ὁ θεὸς τῷ χριστῷ μου κύρῳ, οὗ ἐκράτησα τῆς δεξιᾶς αὐτοῦ ἐπακοῦσαι ἔμπροσθεν αὐτοῦ ἔθνη, καὶ ἰσχὺν B βασιλέων διαρρήξω, ἀνοίξω ἔμπροσθεν αὐτοῦ θύρας, καὶ * πύλαι οὐ συγκλεισθήσονται. ἐγὼ ἔμπροσθέν σου πορεύσομαι, καὶ ὄρη ὁμαλιῶ, θύρας χαλκᾶς συντρίψω, καὶ μοχλοὺς σιδηροῦς * συνθλάσω, καὶ δόσω σοι θησαυροὺς σκοτεινοὺς, ἀποκρύφους, ἀοράτους ἀνοίξω σοι, ἵνα γνῷς ὅτι ἐγὼ κύριος ὁ θεὸς, ὁ καλῶν τὸ ὄνομά σου, θεὸς ἰσραὴλ ἕνεκεν τοῦ παιδός μου ἰακὼβ, καὶ ἰσραὴλ τοῦ ἐκλεκτοῦ μου, ἐγὼ καλέσω σε τῷ ὀνόματί * μου, καὶ προσδέξομαί σε· σαφῶς γὰρ καὶ ἐκ τούτων δεδήλωται, ὅτι διὰ τὸν λαὸν ὃν εὐεργέτησεν C ὁ κύριος, ὁ θεὸς μὴ γινώσκοντι αὐτῷ τὴν καθ' ἑβραίους θεοσέβειαν, ἐδωρήσατο ἐθνῶν ἄρξαι· καὶ ἔστι ταῦτα μαθεῖαν καὶ ἀπὸ τῶν ἑλλήνων τῶν διαγραψάντων τὰ περὶ τὸν προφητευθέντα * κύριον. ἔτι δὲ καὶ ἐν τῷ δανιὴλ, βαβυλωνίων βασιλευόντων τότε τῷ ναβουχοδονόσωρ δείκνυνται αἱ ἐσόμεναι βασιλεῖαι μετ' αὐτόν· δείκνυνται δὲ διὰ τῆς εἰκόνος. χρυσίου μὲν τῆς βαβυλωνίων ἀρχῆς ὀνομαζομένης, ἀργυρίου δὲ τῆς πρεσῶν, χαλκοῦ δὲ τῆς μακεδόνων, σιδήρου δὲ τῆς ῥωμαίων· καὶ πάλιν ἐν D τῷ αὐτῷ προφήτῃ τὰ περὶ δαρεῖον, καὶ ἀλέξανδρον, καὶ τοὺς τέσσαρας διαδόχους ἀλεξάνδρου τοῦ μακεδόνων βασιλέως, καὶ πτολεμαῖον τὸν τῆς αἰγύπτου ἄρξαντα, τὸν ἐπικαλούμενον * λαγὼν οὕτω προφητεύεται. καὶ ἰδοὺ τράγος αἰγῶν ἤρχετο ἀπὸ λιβὸς, ἐπὶ πρόσωπον πάσης τῆς γῆς, καὶ τῷ τράγῳ κέρας ἀνὰ μέσον τῶν ὀφθαλμῶν, καὶ ἦλθεν ἕως τοῦ κριοῦ τὰ * κέρατα ἔχοντος. οὗ εἶδον ἑστῶτος ἐνώπιον τοῦ ὀυβὰλ, καὶ ἔδραμε πρὸς αὐτὸν ἐνώπιον τῆς ἰσχύος αὐτοῦ, καὶ εἶδον αὐτὸν φθάνοντα ἕως E τοῦ κριοῦ, καὶ ἐξηγριώθη πρὸς αὐτὸν, καὶ ἔπαισε τὸν κριὸν, καὶ συνέτριψεν ἀμφότερα τὰ κέρατα αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἦν ἰσχὺς τῷ κριῷ στῆναι ἐνώπιον αὐτοῦ, καὶ ἔρριψεν αὐτὸν ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ συνεπάτησεν αὐτὸν, καὶ οὐκ ἦν ὁ ἐξαιρούμενος τὸν κριὸν ἐκ χειρὸς αὐτοῦ, καὶ ὁ τράγος τῶν αἰγῶν ἐμεγαλύνθη ἕως σφόδρα. καὶ ἐν τῷ ἰσχύσαι αὐτὸν, συνετρίβη τὸ κέρας αὐτοῦ τὸ μέγα, καὶ ἀνέβη ἕτερα * κέρατα ὑποκάτω αὐτοῦ, εἰς τοὺς τέσσαρας ἀνέμους τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἐκ τοῦ ἑνὸς ἐξῆλθε κέρας ἐν ἰσχυρὸν, καὶ ἐμεγαλύνθη περισσῶς πρὸς τὸν νότον καὶ τὴν δύσιν· τί δὲ δεῖ λέγειν τὰς περὶ χριστοῦ προφητείας, οἵγε τόπον γενέσεως αὐτοῦ βηθλεὲμ, καὶ τόπον ἀνατροφῆς αὐτοῦ νάζαρα, καὶ

ἐις

εἰς αἴγυπτον διαχώρησιν, καὶ τεράστια ἃ ἐπόι-
ησε, κ πίνα τρόπον ἀπὸ ἰούδα ἕξ εἰς ἀποστολῶν
κεκλημένα ἀπογεγόηται παύτα γὰρ ταῦτα σημεῖά
ἐστ ἕξ θεᾶ προγνώσεως· ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ὁ σω-
τὴρ, ὅταν, φησὶν, ἴδητε κυκλεμένην ὑπὸ
στρατοπέδων τὴν ἱερουσαλὴμ, τότε γνώσεσθε
ὅτι ἤγγικεν ἡ ἐρήμωσις αὐτῆς· προεῖπε γὰρ τὸ
ὕστερον συμβεβηκὸς τέλος τ καταστροφῆς
ἱερουσαλήμ· ἀποδεδήμηκε τοίνυν ἡμῖν ἀεὶ ἕ
προγνώσιν εἶναι τὸν θεὸν οὐκ ἀκαίρως, ἵνα διε-
ρευνησώμεθα πῶς οἱ ἀστέρες γίνον) εἰς σημεῖα,
νοητέον τὰς ἀστέρας ἔτω τεταχθαι κινεῖσθ ἐναν-
τιοφερόντων τῶν καλεμένων πλανωμένων τοῖς
ἀπλανέσιν, ἵνα σημεῖα ἀπὸ ἕ χηματισμὲ τῶν
ἀστέρων πάντων τῶν ἀεὶ ἕκασον γινομένων, ἃ
τ καθόλε λαμβανόντες γινώσκωσιν, ἐχ' οἱ ἄν-
θρωποι. πολλῷ γὰρ μεῖζον ἡ κ' ἄνθρωπον τὸ
δυνασθαι κ' ἀληθεύειν ἐκλαμβάνειν ἀπὸ τ
κινήσεως τῶν ἀστέρων τὰ ἀεὶ ἑκάστ τῶν ὅ, τί πο-
τε ἐνεργούντων, ἢ πασχόντων, ἀλλ' αἱ δυνά-
μεις, ἃς ἀναγκαῖον διὰ πολλὰ ταῦτα γινώσκειν,
ὡς κ' δύναμιν * διὰ τῆς ἐξῆς δείξομεν·
σωέντες ὃ οἱ ἄνθρωποι ἔκ τινων τηρήσεων,
ἢ καὶ ἐκ διδασκαλίας ἀγγέλων τινὶ ἰδίαν τάξιν
πεφοβεβηκότων, καὶ ἐπὶ τῆ ἕ ψυχῆς ἡμῶν ἐπι-
τελεῖν διδαξάντων ἀεί τέτων τινὰ, φήσαν-
τες ἀφ' ὧν τὰ σημεῖα οἷον) λαμβάνειν, αἰ-
τίας ὑπαίχειν τέτων, ἃ σημαίνειν ὁ λόγ
φησὶ, ἀεὶ ὧν καὶ αὐτῶν ὡς ἐν ἐπιδομῇ κ' δύ-
ναμιν ἐπιμελέσερον δώσεως * διαλη ψόμεθα. *
προσκείσε) τοίνυν ταῦτα τὰ προδήματα, *
πῶς προγνώσε ὄντος ἐξ αἰῶν ἕ θεᾶ ἀεὶ τ ὑφ'
ἑκάσε πρᾶξεως νομιζομένων τ' ἐφ' ἡμῖν σώ-
ζε). * καὶ τίνα τρόπον οἱ ἀστέρες ἐκ εἰσι ποιη-
τικοὶ τῶν ἐν ἀνθρώποις, σημαντικοὶ ὃ μόνον· * κ
ὅτι ἄνθρωποι τὰ ἀεὶ τέτων γνῶσιν ἀκεβῶς
ἔχειν δύναν), ἀλλὰ δυνάμεσιν ἀνθρώπων
κρείτοσι τὰ σημεῖα * ἔχκ). * πρὸς γὰρ ἡ αἰτία ἕ
τὰ σημεῖα τὸν θεὸν πεποιηκέναι εἰς γνῶσιν τῶν
δυνάμεων, τέταρτον ἐξεταθήσε)· τοίνυν ἰδω-
μὲν τὸ πρῶτον, ὅπᾳ δύλαβηθέντες * πολλοὶ τῶν
ἑλλήνων, δι' ὑμῶν κατανικάζ τὰ πράγματα,
καὶ τὸ ἐφ' ἡμῖν μηδαμῶς σώζεζ, εἰ ὁ θεὸς
προγνώσκει τὰ μέλλοντα, ἀσεβὲς δόγμα ἐ-
τολμησὰν ἀναδέξασθαι μᾶλλον, ἢ * προσέσθαι
τὸ, ὡς φασιν ἐκεῖνοι, ἐνδοξον μὲν περὶ θεᾶ, ἀναγ-
καῖον δ' τὸ ἐφ' ἡμῖν, καὶ διὰ ἕτ' ἔπαινον, καὶ ψό-

Aubi educatus est; quemadmodum in Ægyptum secesserit, quæ miracula perfecerit, quomodo Judæ quem Apostolorum in numerum aggregarat perfidiam, proditionemque subierit? Quibus ex omnibus certe quidem illustria divinæ prænotionis argumenta ducuntur. Accedit ipsa quoque Servatoris auctoritas, dum ita loquitur: *Cum videritis circundatam ab exercitibus Hierusalem, tunc scietis quia appropinquavit desolatio ejus.* His enim verbis quid deinceps futurum esset, hoc est supremum Hierosolymitani excidii finem, exitumque prædixit. Jam vero, quoniam hanc in Deo prænoscendi vim certis adhuc argumentis ostendimus, juverit deinceps quemadmodum astra signorum loco instituta sint, explicare. Statuendum igitur inprimis est, ejusmodi sideribus assignatum ac definitum esse motum, ut quæ errantia vulgo dicuntur, viam fixis illis atque constantibus plane contrariam teneant. Id quod eo consilio factum est, ut ex vario astrorum situ, eorum quæ partim singulis, partim in universum eveniunt, signa quædam hauriant, non jam homines certe quidem, (ex illa enim siderum conversione, quidquid aut facturi singuli sint, aut passuri, vere ac certo intelligere, operæ est humanas vires longe multumque superantis:) sed naturæ illæ superiores, quas pluribus sane de causis eam in cognitionem venire necesse est, uti deinceps pro captu nostro demonstrabimus. Homines autem quod nonnulla id genus, vel observationibus, vel Angelorum, qui cum suos ipsi fines transilierint, tum generis in nostri perniciem ista docuerint, informatione didicerint; eorum simul, quorum significationem iis Scriptura tribuit, auctores illos esse putaverint, à quibus ea se percipere signa credebant. Qua de re summatim quoque paulo post, sed tamen pro nostra facultate diligenter & accurate disputabimus. Atque hæc erunt institutæ quæstionis capita: qui fieri possit, ut cum ea quæ à quoque fieri censentur omnia; ex omni Deus æternitate prænoverit, sua tamen voluntati nostræ vis voluntasque servetur: Quomodo rerum illarum quæ hominum generi eveniunt, signa quidem sidera sint, causæ vero minime: Quamobrem certam & exquisitam homines earundem rerum cognitionem habere non possint, sed naturis humana superioribus proposita signa illa sint: Nam quorsum iisdem ex signis aliquid naturas illas cognitionis haurire voluerit, quarto demum loco quæremus. Ordiamur à primo, in quo dum cautiores esse Græcorum plerique vellent, quodque si Deo futurorum prænotio tribueretur, vim rebus inferri putarent, ac voluntatis nostræ jura violari, nefarium, impiumque dogma suscipere temere, quam alterum illud probare maluerunt, quod Deo quidem, (ut ipsi loquuntur) gloriæ cederet, verum arbitrii nostri vim, & facultatem everteret, simulque proinde omnem cum laude virtu-

Luc. 21, 20

vituperationem, & quidquid aut est complectendum in virtute, aut in vitio reprehendendum. Enimvero si hunc aut illum Deus injuriosum futurum, si has aut illas injurias illaturum ex æternitate cognovit, nec falli prænotio divina potest: is profecto quem ejusmodi fore præviderit, & injuriosus omnino futurus est, & tales injurias illaturus: adeoque fieri nullo modo potest, ut ab illis injuriis abstineat, cum & ad eas inferendas necessitate rapiatur, nec aliud ab eo quicquam fieri possit, quam quod futurum Deus esse cognoverit. Jam si aliud prorsus agere nihil potest, nec quisquam jure vituperatur, quod id non fecerit, quod fieri ab eo non potuit, homines injuriosos frustra calumniamur. Deinde vero ab injuriosis & injuriis ad cætera peccatorum genera gradum faciunt. Tum à contrario de iis quoque rebus quæ præclare fieri, honesteque videantur, simili ratione statuunt: tandemque concludunt, si Deo semel futurorum prænotio concedatur, arbitrii nostri potestatem funditus esse tollendam. Quibus hoc modo respondendum erit: Deus, quod nulla res causam non habeat aliquam, dum sub ipsum orbis moliendi principium, futura sigillatim omnia mente percurrit, videt illico si factum hoc erit, illud proinde secuturum; quod ubi extiterit, tertium ex eo quiddam aptum fore; hoc item si positum erit, & consequens illud futurum: itaque ad rerum finem omnium cognitione perducta, quidquid futurum est, intelligit: nec tamen cujuslibet omnino rei, cur hoc illove modo eveniat, caussa dicendus est. Quemadmodum enim si quem imperitia temerarium ac præcipitem esse videas, eaque temeritate impulsum lubrico sese itineri committere, ut cum labente, fallenteque vestigio ruiturum intelligas, ipsi tamen prolapsionis caussa non es. Ita plane sentiendum est, Deo, quod cujusmodi quisque sit futurus præviderit, caussas etiam quamobrem ejusmodi sit futurus, quæque ab eo vel improbe, vel præclare gerenda sint, esse perspecta. Atque, ut libere, quod res est, eloquamur, non Dei modo prænotionem rerum causam non esse (nec enim quem peccaturum Deus esse prævidit, eum dum re ipsa peccat, ad facinus quasi manu deducit;) sed etiam quod à communi sensu remotius quidem, sed verum tamen est, id ipsum quod futurum sit, ejusmodi prænotionis caussam esse. Neque enim idcirco fit quod futurum esse cognoscatur; sed quod futurum sit, idcirco futurum esse cognoscitur. Quo quidē in genere distinctione opus est. Nam si quod omnino futurum dicitur, id ita quis accipiat, perinde ac si quod prævisum est, evenire necesse sit: hoc vero minime damus. Nec enim quod prævisa Judæ proditio fuerit, Judam propterea necessario proditorem fuisse concedimus. Enimvero, quibus in Prophetarum oraculis futurum Judæ scelus exprimitur, iisdem hominis incessitur, carpiturque improbitas, atque omnium in oculis indignitas, ejus probrumque traducitur

A γον, ὡς τ' τῶν ἀρετῶν ἀποδεκτὸν, τῶν τε κακιῶν * ψεκτὸν, καὶ φασιν, εἰ ἐξ αἰῶνος ἔγνω ὁ θεὸς τὸν δέ τινα ἀδικήσειν, καὶ τάδε * ποιῆσαι ἀδικήματα, ἀψευδὴς ἂν ἡ γνῶσις ἦ θεοῦ, * καὶ παντως ἔσαι ἄδικος, ποιήσων τάδε τὰ ἀδικήματα, ὁ τοιοῦτος εἶναι προεωραμένος, ὡς ἀμήχανον μὴ ἀδικήσειν * αὐτὸν, κατηναγκασμένον τὸ ἀδικήσειν * αὐτὸν, καὶ ἀδυνάτου * ἔσαι ἄλλο τι πρᾶξαι αὐτὸν, ἢ ὅπερ ὁ θεὸς ἔγνω· εἰ δὲ ἀδυνάτου ἄλλο τι πρᾶξαι αὐτὸν, οὐδεὶς ἂν ἀδικήματα μὴ ποιήσας ψεκτός ἐστι, μάτην αἰτιώμεθα τοὺς ἀδίκους· ὅτου δὲ οὐκ ἦν τὰ ἀδικήματα * ἐπέχον) καὶ ἐπὶ τὰ ἄλλα ἁμαρτήματα. εἶτα οἷς B δὲ ἐναντίοις, * καὶ τὰ νομιζόμενα καλὰ πράγματα· καὶ φασιν ἀκολουθεῖν * τὸ τὸν θεὸν τὰ μέλλοντα προεγνωκέναι, * τῷ μὴ δυνάσθαι τὰ ἐφ' ἡμῖν σώζεσθαι· πρὸς ὃ λεκτέον, ὅτι ἐπιβάλλων ὁ θεὸς τῇ ἀρχῇ τῆς κοσμοποιίας, οὐδενὸς * ἀναπόδεκτα νομοθετῶν, ἐπιπορεύεται) τῷ νῷ ἑκάστου τῶν ἐσομένων, ὁρῶν ὅτι ἐπεὶ τόδε γέγονε, τόδε ἔπεται)· ἐὰν ὃ γένηται) τόδε τὸ ἑπόμενον, τόδε ἀκολουθεῖ, ἑνὸς δὲ τούτου, τόδε ἔσαι. καὶ οὕτω μέχρι C τέλους τῶν πραγμάτων ἐπιπορευθεὶς, οὐδὲν ἄ ἔσαι, ἀπάντως ἑκάστῳ τῶν γινωσκομένων αὐτῷ ἅμα συμβαῖνα τυγχάνων· ὥσπερ γάρ εἴ τις ὁρῶν τινα διὰ μὴν ἁμαρτίαν προπετῆ, διὰ τοιαύτην προπέτειαν * ἀλογίστως ἐπιβαίνοντα οὐδενὸς ὀλισθηροῦς, ἢ καταλάβοι πεσεῖσθαι * ὀλισθήσαντα, ἐκ τούτου δὴ * ὀλίσθου * ἐκείνῳ γίνεται. οὕτω νοητέον τὸν θεὸν προεωρακότα, ὁποῖός ἕκαστος ἔσαι ἕκαστος, καὶ τὰς αἰτίας ἅ τοιοῦτον αὐτὸν ἔσεσθαι καθορᾶν, καὶ ὅτι ἁμαρτήσεται) τάδε, * ἢ κατορθώσει D τάδε· καὶ εἰ χρὴ λέγειν, οὐ τοῦ προγνῶναι αἰτίαν τῶν γινομένων. ὃ γὰρ ἐφάπτεται) ἅ προεγνωσμένα ἁμαρτησόμενα * ὁ θεὸς, ὅταν ἁμαρτάνῃ, ἀλλὰ μᾶλλον δοξότερον μὲν, ἀληθὲς ὂν ἐρεῖν μὲν, τὸ ἐσόμενον αἴτιον ἅ τοιόνδε εἶναι τοῦτο ἀπὸ προγνώσεως. ὃ γὰρ ἐπεὶ ἔγνωσαι γίνεται, ἀλλ' ἐπεὶ γίνεσθαι ἔμελλεν, ἔγνωσαι· διαιτολῆς ὃ δεῖ) εἰ μὲν γὰρ τὸ, πάντως ἔσαι, οὕτω τις ἐρεῖ οὐδεὶς, ὡς ἀνάγκην εἶναι γίνεσθαι τὸ προεγνωσμένον, ὃ διδάσκει αὐτῷ· ὃ γὰρ ἐρεῖ μὲν, ἐπεὶ προέγνωσαι οὐκ ἔσαν προσόντων γίνεσθαι, ὅτι πᾶσα ἀνάγκη οὐκ ἔσαν προσόντων γίνεσθαι· οὐ γοῦν ταῖς περὶ ἅ ἴσασι προφητείαις, μέμψεις καὶ κατηγορίαν τὸ ἴσασι ἀναγεγραμ-

E

F

μῦραι εἰσὶ, παύπτῳ παρισᾶσαι τὸ ψεκτὸν αὐτοῦ
ὃν ἂν δεῦρο ἀπῳ προσήπλετο, εἰ ἐπάναγ-
κες προδότης ἦν, καὶ μὴ * ἀνεδέχετο αὐ-
τὸν ὅμοιον τοῖς λοιποῖς ἀποστόλοις ῥηθέν. ὅρα
δὲ εἰ μὴ ταῦτα δηλοῖ, δι' ὧν προφητεύομεθα
ῥητῶς ἅτως ἐχόντων, μηδὲ γρηγόρτω οἰκτιρ-
μῶντος ὀρφανοῖς ἀπῳ, αὐτὸ ὧν οὐκ ἐμνήσθη
ποιῆσαι ἔλεος. καὶ κατεδίωξεν * ἄνθρωπον
πένητα καὶ πτωχὸν, ὃν κατανενυγμένον τῇ καρ-
δίᾳ τοῦ θανατῶσαι, καὶ ἠγάπησε κατάραν,
καὶ ἥξει αὐτῷ, καὶ οὐκ ἠθέλησεν εὐλογίαν, καὶ
μακρυνθήσεται ἀπ' αὐτοῦ. εἰ δέ τις διηγήσε-
ται, παύτως ἔσαι, * κατὰ τὸ σημαινόμενον αὐτὸ,
λέγων ὅπερ ἔσαι μᾶλλον τοῦτο τινα, ἀνεδέχετο ὃ καὶ
ἑτέρως γρηγόρως, ἅτως * ἀληθὲς συγχωρεῖ μᾶλ-
λον * τὸν μὲν γὰρ θεὸν οὐκ ἀνεδέχετο ψεύσασθαι.
ἀνεδέχετο δὲ περὶ τῶν ἐνδεχομένων γρηγόρως, καὶ
μὴ γρηγόρως, φρονῆσαι * τὸ γρηγορὸς αὐτὸν καὶ *
μὴ γρηγορός. (καφέστερον δὲ ἔτι ἐρεῖμεν ἅτως εἰ
ἀνεδέχετο) ἰούδαν εἶναι ἀπόστολον ὁμοίως πέτρῳ,
ἀνεδέχετο τὸν θεὸν νοῆσαι περὶ τοῦ ἰούδα, ὅτι
μενεῖ ἀπόστολος ὁμοίως πέτρῳ. * εἰ ἀνεδέχετο
ἰούδᾳ προδότῃ γρηγορὸς, ἀνεδέχετο τὸν θεὸν
φρονῆσαι περὶ αὐτοῦ, ὅτι προδότης ἔσαι. Εἰ
δὲ προδότης ἔσαι ἰούδας, ὁ θεὸς τῇ προγνώ-
σει αὐτοῦ τῶν προαιρημένων ἀνδεχομένων * δύο
γενομένων, τοῦ εἶναι ἐν αὐτῷ τὸ ἀληθὲς προγ-
νώσκων. προέγνωσε τὸν ἰούδαν προδότην
γρηγορὸς τὸ δὲ περὶ οὗ ἡ γνῶσις, ἀνδεχόμενον καὶ
ἑτέρως γρηγορὸς. καὶ λέγοι ἂν ἡ γνῶσις τοῦ θεοῦ,
ὅτι ἀνδεχόμενον μὲν τόνδε τόδε ποιῆσαι, ἀλλὰ κατὰ
τὸ ἐνδυπον ἀνδεχομένων δὲ ἀμφοτέρων, οἶδα.
ὅτι * τόδε ποιήσει· ἃ γὰρ ὡσαύτως ὁ θεὸς εἴποι ἂν.
οὐκ ἀνδέχεται τόνδε εἶναι τὸν ἄνθρωπον πλοῦσιον,
ἅτω χρησμὸν, φέρε εἰπεῖν, περὶ ἑνὸς δίδως,
ἐρεῖ ὅτι οὐκ ἀνδέχεται τόνδε σωφρονῆσαι δύ-
ναμις μὲν γὰρ παύτη οὐκ ἔστι τοῦ πλοῦσιον εἶναι
μοῦς ἐν τῷ ἀνθρώπῳ, δύναμις δὲ ἐστὶ τοῦ σω-
φρονῆσαι, ἢ τοῦ ἀκολαστῆσαι. ὧν ἀμφοτέρων
δυνάμεων ἀπαρχόντων, ὁ μὲν προσέχων λό-
γοις * ἐπιτρεπτικοῖς καὶ παιδευτικοῖς, ἑαυτὸν
ἐπιδίδωσι τῇ χειρίστῃ. κρείττονι ὃ ὁ ζητήσας τὸ
ἀληθὲς καὶ βίωσαι εὐβουλημένως κατ' αὐτό.
ὁ ζητεῖ ὃ ὅδε μὲν ἀληθῆ. ἐπεὶ ἐπιῤῥέπει ἐπὶ
τὴν ἡδονήν. ὅδε ὃ ὀξεταίζει περὶ αὐτῶν, * ἀφ-
εθεὶς τοῦ τῶν κοινῶν ἐννοιῶν, καὶ λόγου προ-
τρεπτικοῦ. πάλιν τε αὖ ὅδε μὲν αἱρεῖται τὴν
ἡδονὴν, ἐχθρὸν δὲ νομίζων αὐτὴν
ἀλλ' ἐκ ἀγωνιζόμενος. ὅδε ὃ καταφρονεῖ αὐτῆς,
τὸ ἀγωνιῶν ὁρῶν τὸ ἐν αὐτῇ πολλάκις τυγχάνον. ὅτι * μένοιγε ἡ προγνῶσις τοῦ θεοῦ ἐκ αὐτάλ-

A citur. Qui si ad proditionem vi ac necessitate raperetur, nec reliquis Apostolis per eam similis esse posset, omni profecto crimine ac probro vacaret. Vide ergo, num id ipsum disertis hisce Propheta, conceptisque verbis aperiat. *Nec sit qui misereatur pupillis ejus, pro eo quod non est recordatus facere misericordiam: Et persecutus est hominem inopem, & mendicum & compunctum corde mortificare. Et dilexit maledictionem, & veniet ei: & noluit benedictionem, & elongabitur ab eo.* Sin autem illud idem, quod omnino futurum dicitur, ita quis, prout asseverationis ejus significatio postulat, intelliget; quasi futurum B sit illud quidem, cæterum aliter etiam evenire potuisset: id tanquam verum ultro fatemur; Nam ut mentiri Deus, fallique non potest, ita quæ fieri æque ac non fieri possunt, eadem ipse futura nosse pariter, aut non futura potest. Verum dilucidius hac de re hunc in modum statuemus. Si Petro similis Apostolus Iudas esse potest, potest etiam Deus Iudam Apostolum Petro similem futurum cognoscere. Similiter, si proditor Iudas esse potest, potest quoque Deus C illum nosse proditorem futurum. Jam si re ipsa proditor Judas erit, Deus sane qui utrumque illud fieri posse prænovit, ut rei cujusque veritatem in se ipso prænoscit, ita Iudam re ipsa proditorem futurum prænoscet, cum interea quod eum in modum cognoscit, aliter ex sese evenire posset. Itaque non immerito divinæ prænotioni ejusmodi oratio tribuatur. Accidere omnino potest, uti hoc ab isto fiat; nec minus tamen uti contrarium: Ego vero cum fieri utrumque possit, alterum hoc futurum novi. Neque enim Deus, quemadmodum ut certus hic homo velit, fieri non posse pronunciat, ita perinde ac si aliqua de re D oraculum ederet, hunc aut illum temperantem fieri posse negat. Nam cum nulla prorsus ad volandum facultate instructus homo sit, ejusdem tamen potestatis est, vel temperanter, vel intemperanter vivere. Ita cum utramque facultatem habeat, qui cohortationes, & doctrinæ præcepta negligit, deteriori sese permittit; qui vitæ ad veritatis normam exigendæ studio, in ejus indagatione versatur, is ad meliorem sese adjungit. Cæterum quod alter de vero indagando minus laboret, voluptatis id cupiditate fit; Alter vero quod ejus studio magnopere teneatur, hoc certo quodam, proprioque consilio facit, ad quod partim ipsa notione, sensuque communi, partim cohortatione adductus est. Præterea voluptatem alter non eo complectitur, quod adversus eam consistere nequeat, sed quod pugnare cum ea, luctarique nolit: calcat eandem alter, quod adjunctam ei ut plurimum turpitudinem ferre non possit. Ac

Ps.108. 12 16. 17. 18.

nullam prorsus à divina prænotione, rebus iis A quas prævidet, necessitatem imponi, cum superioribus argumentis, tum hoc insuper efficitur, quod in sacris passim literis Prophetæ ad pœnitentiam homines cohortari jubeantur, idque perinde, ac si utrum ij meliorem ad frugem sese recepturi, an suis in sceleribus hæsuri porro ac perstituri sint, ignoraret. Sic apud Hieremiam habetur: *Forsitan audient, & agent pœnitentiam.* Neque enim quod audituri sint, nec ne, minus intelligat, idcirco hunc in modum ipse loquitur: *Forsitan audient & agent pœnitentiam*, sed ut illam quodammodo pa rem in utramque partem, vim facultatum his B verbis offendar: ne qui jam ante prænotionis ejus certitudinem audierint, ii proinde ac si & ea necessitatem inferret, nec meliorem vitam instituere arbitrii foret sui, animos deinceps ac spem omnem abjiciant, adeoque in peccatum ab illa propemodum impellantur. Deinde vero, ne qui dum prævisum eos bonum lateret, pugna cum improbitate suscepta, vitam ex virtutis norma instituere potuissent, eos talis contra prænotio remissiores ac solutiores efficiat, quod dum plane bonum illud C futurum putarent, minori propterea cum peccato animi contentione pugnarent. Sic enim ipsa prænotio futurum quoque bonum impediret. Quamobrem qui orbem universum præcipuo rerum bono moderatur Deus, idem nos sapienter omnino futuris in rebus cæcos esse voluit. Earum enim cognitio, uti nostrum adversus improbitatem impetum, constantiamque frangeret, ita dum certa fixaque videretur, longe nos citius atque facilius, omni contentione abjecta, sceleris in dominatum ac potestatem adduceret. Imo, pugnarent ista secum, ut idem & probus eva- D deret, & certo probum se futurum esse prænoscet. Nam cum præter ea quæ nobis indita sunt, magno insuper ad virtutem parandam ac vehementi conatu opus habeamus, tum occupata semel ista virtutis certo futuræ, præceptaque cognitio, vim exercitationis omnem debilitat. Ita probiné futuri simus an improbi, summo utique nostro bono ignoramus. Sed quoniam divino consilio factum esse diximus, ut rebus in futuris cæcutiamus, vide, num inde fortassis huic Exodi quæstioni lucis à nobis aliquid afferri possit: *Quis fecit surdastrum ac surdum, videntem & cæcum? nonne* E *Exod. 4, 11.* *ego Dominus Deus?* ut cæcum pariter ac bene oculatum hoc sensu fecisse dicatur, in præsentibus oculatum, cæcum in futuris. Nam surdastri quidem, surdique rationem ac discrimen exquirere, hujus loci non est. Quanquam plurima sane, quæ juris nostri non sunt, multorum etiam quæ nostra in potestate sunt, causam interdum esse, fatemur ipsi quoque: ac propterea nisi ea, hoc est, in quæ potestatis

κὶω ὑπάθηται τοῖς περὶ ὧν κατείληφε, περὶς τοὺς * περιειλημμένοις καὶ ὅτε λέξεται, ὅτι * πολλαχοῦ τ γραφῶν θεὸς κελεύει τὰς προ- φήτας κηρύσσειν μετανοίαν, ὁ προσποιησά- μενος * ἐγνωκέναι πότερον οἱ ἀκούσαντες * ὑπείξωσιν, ἢ τοῖς ἁμαρτήμασιν ἑαυτῶν ἐμ- μενοῦσιν. ὥσπερ ἐν τῷ ἱερεμίᾳ λέγε). Ἴσως ἀ- κούσονδ) καὶ μετανοήσουσιν. ὁ γὰρ ἀγνοῶν ὁ θεὸς πότερον * ἀκούσουσιν, ἢ ὁ, φησίν. Ἴσως * ἀκούσονδ), καὶ μετανοήσουσιν. ἀλλ' οἶονεὶ τὸ ἰσο- σάσιον τ δυναμένων γνῶναι δεικνὺς ἐκ τ λε- γομένων, ἵνα μὴ προκατειλημμένη πρόγνω- σις αὐτοῦ, * καταπεσεῖν ποιήσητε ἀκόντας, * δόξαν ἀνάγκης παρισᾶσα, ὡς οὐκ ὄντος ἐπ' αὐτοῖς ὑπείξαι, καὶ οἶονεὶ κἀκεῖνα αἴτια γένη- ται ἁμαρτημάτων. πάλιν τοῖς ἐκ ἀγνοεῖν τὸ προεγνωσμένον καλὸν, δυναμένοις ἐν τῷ ἀ- γωνίσασθαι, καὶ ἀνιτείνειν πρὸς τὴν κακίαν ἐν ἀρετῇ διῶσαι, αἰτία γένηται ἡ πρόγνω- σις ἐκλύσεως, οὐκ ἐπ δύνως ἰσαμένοις τῇ τῆς ἁμαρτίας, ὡς πάντως ἐσομένοις * προειρη- μένοις. εἰ δ' ὅτω γε ὀλίγον ἐμπόδιον γένοιτ' ἂν ἡ πρό- γνωσις ἐσομένοις καλοῖς. πάντα γοῦν χρήσι- μως, ὁ θεὸς τὰ κ τὸν κόσμον οἰκονομῶν, διὰ λό- γως ἡμᾶς καὶ πρὸς τὰ μέλλοντα ἐτύφλωσεν. ἡ γὰρ * γνῶσις αὐτῶν ἀνῆκε μὲν ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ * ἀθλεῖν κ τ κακίας, ἐπέτρεψε δ' ἂν ὀλίγα κατειληφθαι, πρὸς τὸ μὴ ἀνυπαλλάκτους ἡμᾶς τῇ ἁμαρτίᾳ ἔχειν αὐτῇ ὑποχειρίους γένεσθ. ἅμα δ καὶ * μαχόμενον ἐγίνετο τῷ καλὸν, καὶ ἀγαθὸν γένεσθ πινὰ τὸ τῶν πρό- γνωσιν ἐληλυθέναι εἰς τοῦτο πινὰ, ὅτι πάντως ἔσαι * ἀγαθός. πρὸς ὃ γὰρ ἔχομεν καὶ σφο- δρότητι καὶ τάσεως πλείονος χρεία, πρὸς τὸ καλὸν καὶ ἀγαθὸν γένεσθαι. πρόκαληθεί- σα δ' ἡ γνῶσις, ἐ πάντως καλὸν, καὶ ἀγαθὸν * γένεσθαι ὑπεκλύει τῶν ἄσκησιν. διόπερ συμ- φερόντως οὐκ ἴσμεν ὅτε εἰ ἀγαθοί, ὅτε εἰ πονηροὶ ἐσόμεθα. ἐπεὶ δ' εἰρήκαμεν ὅτι ἀπε- τύφλωσεν ἡμᾶς πρὸς τὰ μέλλοντα ὁ θεὸς, ζη- τουμένου τι ῥητὸν ἀπὸ τ ἐξόδου, ὅρα εἰ δυνα- μεθα ὅτων ζαφνίσαι, τὸν ἐποίησε δύσκωφον, ἐ κωφὸν, καὶ ἐλέποντα κ τυφλόν. οὐκ ἐγὼ κύ- ριος ὁ θεὸς, ἵνα * τὸν αὐτὸν κ τυφλὸν κ ἐλέπον- τα πεποιηκὼς ᾖ. ἐλέποντα μὲν πρὸς τὰ ἐνεστῶ- τα τυφλὸν δ πρὸς τὰ μέλλοντα. τὸ γὰρ περὶ τὸ δυσκώφειν καὶ κωφοῦν, ἐ παρόντος καιροῦ δη- γήσασθ. ὅτι μέντοιγε πολλῶν τῶν ἐφ' ἡμῖν αἴ- τια πλεῖσα τῷ οὐκ ἐφ' ἡμῖν ἐστ, καὶ ἡμεῖς ὁμο-

λογήσομεν. ὧν μὴ γνομένων, λέγω δ τῷ οὐκ ἐφ' ἡμῖν, οὐκ ἂν τάδε πινὰ τῷ ἐφ' ἡμῖν ἐπέτ-

ἐπράπετο. * πράπει δὲ τάδε πνὰ τῷ ἐφ' ἡμῖν ἀκόλουθα τοῖς ὃ τοῖς * προεγνωσμένοις, ὧν ἐφ' ἡμῖν ἀνδεχομένων ἔ ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς * προεγνωσμένοις, καὶ ἕτερα πράξαι παρ' ἃ πράπομεν. εἰ δέ τις ζητεῖ τὸ ἐφ' ἡμῖν ἀπολελυμένον εἶναι ἔ παντος, ὥστε μηδὲ * τάδε πνὰ συμβεβηκότα ἡμῖν ἡμᾶς αἱρεῖσθαι τάδε, ἐπιλέλησται κόσμου μέρος ὤν, καὶ ἐμπεφυκότος διὰ πάντων κοινωνίας καὶ ἑ τοῦ περιέχοντος. μετέωρος μὲν οὖν ὡς ἐν ἐπιτομῇ ὅλως ἀποδεδείχθαι τὴν τῶν προγνώσεων ἑ θεοῦ μὴ εἶναι καταναγκαστικὴν τῶν προεγνωσμένων πάντως. φέρε ὃ ἀγωνισώμεθα καὶ περὶ ἑ τὰς ἀστέρας μηδαμῶς εἶναι ποιητικὰς ἐν ἀνθρώποις, σημαντικὰς ὃ μόνον σαφεῖς ὅτι ἐὰν ὅδε τις ὁ γραμματισμὸς τῶν ἀστέρων ποιητικὸς νομίζοιτο τῶν δὲ νῦν τῷ γινομένων περὶ * τὰ ἀνθρώπων, ἔστω μὲν περὶ τούτου νῦν ζητεῖσθαι τὸν λόγον, εἰ ἄρα ὁ σήμερον, φέρε εἰπεῖν, γρόμμου σχηματισμὸς περὶ τινὸς, δυνάμει νοείσθω πεποιηκέναι τὰ παρελυθότα * δ' ἕτερον, ἢ καὶ περὶ ἕτερος· πολὺ γὰρ τὸ ποιοῦν πρεσβύτερον ἔ πεποιημένου, ὅσον ὃ ἐπὶ τοῖς μαθήμασι τὰ τοιαῦτα ἐπαγγελλομένων, πρεσβύτερα ἔ σχηματισμὰ προλέγεσθαι νομίζει περὶ τοῦ ἀνθρώπους ἐπαγγέλλον· γὰρ τόνδε πνὰ τρόπον τῶν ὥραν λαβόντες ἔ ὃ ἄνθρωπος καταλαμβάνειν πῶς ἑκάστου τῶν πεπονημένων * κῆ κάθεσιν, ἢ τὸ δεῖ μοίρας ἔ ζωδίου, ἢ τὴν αὐτῆ λεπτῶν, καὶ τοῦ ἀρχὴν ἔ ζωδιακῆς, κῆ ἔ ἀναβολικοῦ ἐτύγχανεν ὁρίζοντος· ποίος τε κῆ ἔ δυτικῆς, καὶ ἵνα κῆ τὰ μεσουράνιματος, τίς κῆ τὰ αὐτιμεσουρανήματος· καὶ ἐπὶ τοῖς ἀστέρας, ἃς νομίζουσι ἐν τοῖς ἑκάστοις κεῖσθαι, καταλαμβάνειν ἔ δεῖν τοῦ χρόνου ἑ ἕκαστος γεγραμματισμένος ἕτοιμος, τῷ χρόνῳ τ * ἀποβάσεως ἔ περὶ ἃ σκοπεῖσθαι, μόνον τὰ μέλλοντα ἐξετάζειν, ἀλλὰ καὶ τὰ παρεληλυθότα, καὶ τὰ περὶ τὸ γενέσεως καὶ τὸ πορρῶ ἔ περὶ ἃ ὅλου γεγραμμένα, περὶ πατρὸς πόσιος ὢν τυγχάνῃ, πλούσιος ἢ πένης, ὁλόκληρος τὸ σῶμα, ἢ σεσινωμένος. τὸ ἢ θος βελτίων, ἢ κείρων. ἀκτήμων, ἢ πολυκτήμων· τοῦ δὲ τοῦ πρᾶξιν ἢ τοῦ δὲ ἔχων. τὰ δ' αὖ τὰ καὶ περὶ τὸ μητρὸς, καὶ περὶ πρεσβυτέρων ἀδελφῶν ἐσθ' τυχόντων ὄντες. ἔστω ὃ ἡμᾶς ἐπὶ ἔ παρόντος προσιόντας αὐτὰς καταλαμβάνειν τὰ ἐν τῷ τόπῳ ἀληθῆ περὶ ἃ καὶ αὐτὰ ὕστερον δείξομεν ὅλως ἐχ ἕτως ἔχειν πρὸς ἃ πρασσόμεθα τοῖς τῶν λαμβανόντων κατὰ ἀναγκάζειν τῶν ἄστρων τὰ

B λέα χειροτονηθέντα μὴ χρίσματος προφητικοῦ, ὅτι αὔριον ἔμελλεν ἐξελεύσεσθαι ὁ σαοὺλ τοῦ βίου, καὶ οἱ υἱοὶ αὐτοῦ μετ' αὐτοῦ; αὔριον σὺ, καὶ υἱοί σου μετ' ἐμοῦ· ταῦτα μὲν οὖν, * ὅτι οὐκ ἔστι * 1.Re. ψευδῆ τὰ ἀνωγεγραμμένα, ἢ ὅτι Σαμουὴλ ἐστὶν 28,19 ὁ ἀναβεβηκώς· τί οὖν ποιεῖ ἐγγαστρίμυθος ἐνθάδε; τί ποιεῖ ἐγγαστρίμυθος περὶ τὴν ἀναγωγὴν τῆς ψυχῆς τοῦ δικαίου; ἐκεῖνος ἔφυγε τὸν πρῶτον λόγον * εἰπών· ἵνα μὴ ἀγῶνα ἔ- * 1.Re. χειν δοκῇ πρὸς τοσαῦτα ἄλλα, κατὰ τὸν τόπον ζητού- 28,19 μενα, ἢ λέγει. οὐκ ἔστι Σαμουὴλ, ψεύδεται τὸ δαιμόνιον, ἐπεὶ καὶ δυνάμενος ψεύδεσθαι ἡ γραφή φησι ῥήματα τοῦ γεγραφῆς ἐστιν. οὐκ ἔστιν ὅτι προσώπου δαιμονίου ἀνοῦ, ἀλλ' ὅτι προσώπου αὐτοῦ· ἢ
C εἶδεν ἡ γυνὴ τὸν Σαμουὴλ, εἶπε σαοὺλ τὰ λελαλημένα * ὑπὸ Σαμουὴλ· πῶς οὖν λυόμενα * 1.Re. τὰ ἐγγαστριμύθου φανεῖται τὰ κατὰ τὸν τόπον; 28,19 πιθανόμαι δὲ προειρηκότος τὰ πρότερα Σαμουὴλ ἐν ᾅδου; ἢ τὰ ἑξῆς· ἢ ὑποκινδυνεύω πρὸς τὸ ἐπηρωτημένον· τίς μείζων, Σαμουὴλ ἢ ἰησοῦς ὁ χριστός; τίς μείζων, οἱ προφῆται, ἢ ἰησοῦς ὁ χριστός; τίς μείζων, ἀβραάμ, ἢ ἰησοῦς ὁ χριστός; ἐνθάδε δὲ ὁλμήσοι τὰς τῶν
D ἅπαξ φθασάντων τὸν κύριον εἰδέναι ἰησοῦν χριστὸν ἐν τῷ τῶν προφητῶν προκηρυχθῆναι εἶναι, εἰπεῖν ὅτι μείζων οὐκ ἔστιν ὁ χριστὸς τῶν προφητῶν. ὅταν οὖν ὁμολογήσῃς ὅτι ἰησοῦς χριστὸς μείζων ἐστίν. χριστὸς ἐν ᾅδου; ἢ ἐγένετο ἐκεῖ; οὐκ ἔστιν ἀληθὲς τὸ ἐρημῶσαι ἐν ψαλμοῖς ἐρημωθῆναι τοῦ ὑποσόλων ἐν ταῖς
E πράξεσιν αὐτῶν προεῖδε δὲ τὸν σωτῆρα ἐν ᾅδου καταβεβηκέναι; γέγραπται ὅτι ἐπ' αὐτὸν φέρε) τὸ ἐν πέντε καὶ δεκάτῳ ψαλμῷ· ὅτι οὐκ ἐγκαταλείψεις τὴν ψυχήν μου εἰς ᾅδου, οὐδὲ δώσεις τὸν ὅσιόν σου ἰδεῖν διαφθοράν· εἶτα μὴ δῶ ἐὰν ὑποκρίνῃ) ὅτι χριστὸς ἐν ᾅδου κατεβέβηκε, τί ποιεῖς; νικήσων, ἢ νικηθησόμενος τοῦ τὸ θνατὸν; καὶ κατελήλυθεν τὰ χωρία ἐκεῖνα,

ἀλλ' ὡς δῆλος ἦ ἐκεῖ, ἀλλ' ὡς δεσπότης παλαίσων, ὡς πρώην ἐλέγομεν ἐξηγούμενοι τὸν ψαλμὸν κά. περιεκύκλωσάν με μόσχοι πολλοί, ταῦροι πίονες περιέσχόν με. ἠνοιξαν ἐπ' ἐμὲ τὸ στόμα αὐτῶν, ὡς λέων ἁρπάζων καὶ ὠρυόμενος. διεσκορπίσθησαν ὀστᾶ μου· μεμνήμεθα δὲ ἐγκ μεμνήμεθα τῶν ἱερῶν γραμμάτων. μέμνηται γὰρ αὐτῶν εἰρημένων εἰς τὸν κα ψαλμόν. οὐκοῦν ὁσω-

τὴς

τῆς κατελήλυθε σώσων . κατελήλυθεν ἐκεῖ
πεκηρυχθεὶς ὑπὸ τῶν προφητῶν, ἢ ὄς; ἀλλ'
ἐνθάδε μὴν προεκηρύχθη ὑπὸ τῶν προφητῶν.
ἀλλαχοῦ δὲ κατέρχεται διὰ προφητῶν. Ὁ μω-
σῆς αὐτὸν κηρύσσει ἀπαδημήσοντα τῷ γένει τῶν
ἀνθρώπων . ὥστε λέγεσθαι καλῶς ὑπὸ τοῦ κυ-
ρίου, ὁ σωτὴρ ἡμῶν. εἰ ἐπιστεύετε μωσῇ, ἐπι-
στεύετε ἂν ἐμοί, περὶ γὰρ ἐμοῦ ἐκεῖνος ἔγραψεν.
εἰ δὲ τοῖς ἐκείνου γράμμασιν οὐ πιστεύετε, πῶς τοῖς
ἐμοῖς ῥήμασι πιστεύσετε; καὶ ἀπεδήμησε τὸ
τοῦ θεῖον χριστὸς, καὶ προεκηρύσσετο χριστὸς ἀπο-
δημῶν τοῦτο τοῦ θείου· εἰ δὲ μωσῆς προφητεύει αὐ-
τὸν ἐνθάδε, ἀθέλειας αὐτὸν κἀκεῖ καταβεβηκέναι,
ἵνα προφητεύσῃ· χρεὼν ἐλεύσεσθαι; τί δὴ; μω-
σῆς μὲν, ὁ δὲ ἐξῆς προφήτης ἠχή; Σαμουὴλ δὲ
ἠχή; τί ἄτοπον ἐστι τοὺς ἰατροὺς καταβαίνειν πρὸς
τοὺς κακῶς ἐχοντας; τί δὲ ἄτοπόν ἐστιν ἵνα καὶ ὁ ἰα-
τρὸς καταβῇ πρὸς τοὺς κακῶς ἐχοντας; ἐ-
κεῖνοι ἰατροὶ μὲν ἦσαν πολλοί, ὁ δὲ κύριός μου καὶ
σωτὴρ ἰατρός ἐστι· καὶ γὰρ τὸν ἔνδον ἀπεδυμή-
σαντα ἐθεράπευσε· τοῦ ἄλλον θεραπευθέντα, αὖ-
τὸς θεραπεύει. ἢ πῖς οὐκ ἴσχυσεν τοῦ ἐθνικὸς θε-
ραπευθῆναι τῶν ἰατρῶν, χριστὸς ἰησοῦς αὐτὸν θε-
ραπεύει· μὴ φοβοῦ. μὴ θαμβοῦ. ἰησοῦς εἰς ἅδου γέ-
γονε, καὶ οἱ προφῆται προεκήρυσσον δὲ χριστὸν ἀπο-
δημῶντα· εἶτα ἄλλο τι θέλω
εἰπεῖν ἀπ' αὐτῆς τῆς γραφῆς. Σαμουὴλ φαίνεται,
καὶ ἰδοὺ Σαοὺλ λέγει ἑωρακέναι ψυχὴν· ἐλέγει
ἑωρακέναι ἄνθρωπον . ἔπηξε δὲ οὐκ οἶδε· τινα
ὁρᾷ; θεὸς, φησὶν, ἐγὼ εἶδον, θεὸς ἀναβαίνοντας
ἀπὸ τῆς γῆς· τάχα Σαμουὴλ ἐμόνος ἀναβέ-
βηκε; ὅτε προφητευόντων τῶν Σαοὺλ· ἀλλ' εἰκὸς
ὥσπερ ἐνταῦθα· μὴ ὁσίως ὁσιωθήσῃ. καὶ μὴ ἀν-
δρὸς ἀθῴου ἀθῷος ἔσῃ. καὶ μὴ ἐκλεκτὸς ἐκλεκτὸς
ἔσῃ. εἰσὶν ἐνταῦθα διαίρεσαι ἁγίων μὴ ἁγίων.
ἠχὴ δὲ ἁγίων μὴ ἁμαρτωλῶν· καὶ εἰ ἄρα ποτέ
ἐστι τῶν ἁγίων διαιρεθῇ μὴ τῶν ἁμαρτωλῶν,
ὥσπερ καὶ τοὺς ἁμαρτωλοὺς σῶσαι. οὕτω τάχα
καὶ ἀναβαίνοντα τῶν Σαμουὴλ συναναβεβήκα-
σιν, ἅτοι ἅγιαι ψυχαὶ ἄλλων προφητῶν· τάχα
ζητήσεις, οἱ ἄγγελοι ἦσάν ποτε ἀπὸ τοῦ πνευμάτων
αὐτοῦ; ὁ προφήτης λέγει. ἄγγελος ὁ λαλῶν ἐν ἐ-
μοί· ἦ ἄγγελοι ἦσαν μὴ πνευμάτων συναναβε-
βηκότες καὶ πάντα* πλήρη τοῦ δεομένων σωτη-
ρίας; καὶ πάντες εἰσὶ λειτουργικὰ πνεύματα εἰς
διακονίαν ἀποστελλόμενα διὰ τοὺς μέλλοντας
κληρονομεῖν σωτηρίαν· τί φοβῇ εἰπεῖν, ὅτι πᾶς ὅτε χρῄζει ἰησοῦ χριστοῦ. ὅτε γὰρ
χριστοῦ μὲν χρῄζει τῶν προφητῶν, ὁ χρῄζων δὲ χριστοῦ. ὅτε γὰρ χριστοῦ μὲν χρῄζει,
τῶν δὲ εὐτρεπιζόντων χριστοῦ παρουσίαν καὶ ἀπεδημίαν ἃ χρῄζει· καὶ ἰωάννης, ὃ
μείζων ἐν γεννητοῖς γυναικῶν ὅτε εἶ, καὶ τὸν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν μαρτυρίαν

A ni. Igitur Salvator descendit, ut liberaret, descenditne illuc prænunciat[9] à Prophetis, an non? At hic quidem à Prophetis prænunciatus est; alio vero descendit non per Prophetas? Moyses item ipsum prænunciat pro genere humano adventurum, ita ut recte à Domino & Salvatore nostro dicatur: *Si crederetis Moysi, crederetis & mihi: de me enim ille scripsit. Si scriptis illius non creditis, quomodo verbis meis credetis?* Et venit in hanc vitam Christus, & prænuntiatur Christus in hanc vitam adveniens. Si Moyses de illo hic prænunciat; non vis & ipsum illuc descendisse, ut Christum prædiceret eo migraturum? Quid porro? Moyses id egit: reliqui Prophetæ non item? Nonne Samuel? Quidnam absurdi est, medicos ad male se habentes descendere? Quid absurdi est principem medicorum ad ægrotantes descendere? Illi medici quidem erant, & sane multi: at Dominus meus & Salvator princeps eorum est. Etenim internum desiderium, quod non potest ab aliis curari, curat ipse: quod à nemine potuit medicorum sanari, sanatur à Christo Jesu. Ne timeas. Ne mireris. Christus in infernum descendit, & ante eum Prophetæ, qui ejus adventum prædicebant. Addam præterea & aliud nescio quid ex ipsa Scriptura. Samuel ascendit; & ecce Saul dicit se vidisse animam: non dicit hominem se vidisse. Timuit quem vidit; at quem vidit? *Deos*, inquit, *ego vidi, Deos ascendentes è terra.* Et fortasse tunc non solus ascendit Samuel Sauli vaticinaturus. Sed consentaneum est, quemadmodũ hic: *Cum Sancto sanctus eris; & cum homine innocente innocens eris; & cum electo electus eris*: suntque hic sanctorum cum sanctis consuetudines; at non sanctorum cum prævaricatorib[9]: & si quandoq; fieri possit, ut sanctorum una cum peccatoribus consuetudo sit, ut peccatores salventur. Fortasse hac ratione una cum Samuele ascendente ascenderunt etiam aliorum Prophetarum animæ sanctę. Forsan quæres, an fuerint Angeli super spiritibus eorum. Propheta dicit: *Angelus qui loquitur in me.* Vel Angeli erant, qui una cum spiritibus ascenderunt, omniaque ad egentium salutem complentes: *Et omnes sunt spiritus ministrātes, qui in ministerium propter futuros hæredes salutis mittuntur.* Quid times dicere, omnẽ locum Jesu Christo indigere? Neque vero, qui Christo indiget, Prophetis, iisque qui Christi præsentiã, & adventum præparant, non indiget. Et Ioannes sane, quo major inter natos mulierũ,

1 Reg. 28. 13.

Ioh. 5, 46.

Ps. 17, 26.

Zach. 2, 3.

Hebr. 1, 14.

E Chri-

Matth. 11. 11. Christo ipso teste, nemo fuit: *Major inter natos mulierum Ioanne Baptista nullus fuit*: neq; timeas id affirmare: descendit ad inferos prænuncians Dominum, ut illum descensurum prædiceret. Propterea dum in custodia esset, ac sibi exitum interitumque imminere conspiceret, missis duobus discipulis quærebat, non: Matt. 11, 3 *Tu es qui venturus es?* sciebat enim; sed: *Tu es qui venturus es, an alium expectamus?* Gloriam illius compertam habuit; de mira ejus vi plurima locutus fuit, primusque illi testimonium exhibuit: Ioh. 1, 15. *Qui post me venit, ante me factus est.* Vidit illius Ioh. 1. 14. gloriam, *gloriam quasi Unigeniti à Patre, plenigratiæ & veritatis.* Hæc cum de Christo vidisset, piget credere, dubius hæret, nec fatetur: Dicite ipsi, tu es Christus. Quæ cum non intellexissent nonnulli, asseverarunt Joannem tantum ac talem, Christum non novisse, sed ab eo discessisse Spiritum sanctum. Sed sciebat illum, cui antequam nasceretur testimonium perhibuit, & pro quo saltavit, dum ad ipsum Maria accederet, ut de illo testimonium fecit mater ejus illis Luc. 1, 44. verbis: *Ecce enim ut facta est vox salutationis in auribus meis, exilivit in gaudio infans in utero meo.* Hic itaque Joannes, qui ante nativitatem exilivit, qui dixit; Ioh. 1, 31. *Hic est de quo ego dixi, Qui post me venit, ante me fa-*Ioh. 1, 33. *ctus est*: &: *Qui misit me, dixit mihi, Super quem videris Spiritum descendentem, & manentem, ipse est filius Dei.* Hic, inquiunt, nondum noverat Christum in ventre. Noverat quippe illum. Simile quid Petro passus est propter gloriæ exuperantiam. Quodnam illud est? Hic magnum quid de Christo sciebat. Quis sum: Matt. 16, 13. *Quem me dicunt filii hominum esse?* Hic ait, dicit hoc. Tu vero quid? *Tu es Christus filius Dei vivi.* Propterea beatus enunciatur. Quoniam *caro, & sanguis non revelavit illi, sed Pater qui in cœlis est.* Cũ igitur grandia de Christo audisset, & grandia concepisset, auxilium in semet non admisit: *Ecce ascendimus in Hierusalem, & perficientur.* Luc. 18, 31 Et: *Oportet filium hominis multa pati, & reprobari à Principibus sacerdotum, & Sacerdotibus,* Luc. 9, 22. *& occidi, & tertio die resurgere. Propitius,* inquit, *sis tibi Domine.* Maxima de Christo noverat; quod humilius erat de eo noluit admittere. Similem mihi animo pinge Joannem, dum in custodia erat: grandia de Christo apprehenderat, vidit cœlos apertos; vidit Spiritum sanctum super Salvatorem descendentem, manentemque super eum. Similem gloriam dum videt, hæret dubius, fortasse etiam non credebat, ac sic

Matth. 16, 22.

λέγοντος, μείζων ἐν γεννητοῖς γυναικῶν Ἰωάννης ὁ βαπτιστὴς οὐδείς ἐστιν· μὴ φοβοῦ λέγειν ὅτι εἰς ᾅδου καταβέβηκε προκηρύσσων τὸν κύριον, ἵνα προείπῃ αὐτὸν κατελθυσόμενον. Διὰ τοῦτο ὅτε ἦν ἐν τῇ φυλακῇ, καὶ ᾔδει τὴν ἔξοδον τὴν ἐπικειμένην αὐτῷ, πέμψας δύο τῶν μαθητῶν ἐπυνθάνετο, λέγων· σὺ εἶ ὁ ἐρχόμενος; ἢ ἄλλον προσδοκῶμεν; εἰδὼς ἐν αὐτῷ τὴν δόξαν, ἐλάλησε πολλὰ περὶ τοῦ θαυμασιότητος αὐτοῦ. ἐμαρτύρησεν αὐτῷ πρῶτος. ὁ ὀπίσω μου ἐρχόμενος, ἔμπροσθέν μου γέγονεν. εἶδεν αὐτοῦ τὴν δόξαν, δόξαν ὡς μονογενοῦς παρὰ πατρὸς, πλήρης χάριτος καὶ ἀληθείας· τηλικαύτα ἰδὼν περὶ Ἰησοῦ, ὀκνεῖ πιστεῦσαι, ἀμφιβάλλει, καὶ λέγει, εἰπατε αὐτῷ. σὺ εἶ ὁ Χριστὸς, ἡμῖν μὴ νοήσαντες γάρ τινες τὰ εἰρημένα λέγουσιν, Ἰωάννης ὁ τηλικοῦτος οὐκ ἦδει Χριστὸν, ἀλλ' ἀπέστη ἀπ' αὐτοῦ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. εἰ ἤδει τοῦτον, ὡς ἐμαρτύρησε περὶ ἡμέρας, καὶ ἐφ' ᾧ ἐσκίρτησεν, Ἰωάννα ἦλθε ἡ μαία πρὸς αὐτὸν, ὡς ἐμαρτύρησεν, αὐτῷ ἡ μήτης αὐτοῦ λέγουσα. ἰδοὺ γὰρ ὡς ἐγένετο ἡ φωνὴ τοῦ ἀσπασμοῦ σου εἰς τὰ ὦτά μου, ἐσκίρτησεν ἐν ἀγαλλιάσει τὸ βρέφος ἐν τῇ κοιλίᾳ μου· διὸς ὅτι ὁ σκιρτήσας πρὸ γενέσεως, Ἰωάννης ὁ εἰπών· διὸς ἐστι περὶ οὗ ἐγὼ εἶπον, ὁ ὀπίσω μου ἐρχόμενος ἔμπροσθέν μου γέγονε· πρὸ πέμψας εἶπέ μοι· ἐφ' ὃν ἂν ἴδῃς τὸ πνεῦμα καταβαῖνον, καὶ μένον, διός ἐστιν ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ. διότι, φασὶν, οὐκ ἦδει ἀκριβῶς Χριστὸν ἐν κοιλίᾳ. ἦδει γὰρ αὐτὸν, ἀλλὰ δι' ὑπερβολὴν δόξης ὁμοίων πάντων πεποίηκε. τί ὅμοιον; διότι μέγα τι ᾔδει περὶ τοῦ Χριστοῦ· τίς εἰμι; ἵνα με λέγωσιν οἱ ἄνθρωποι εἶναι; ὁ δὲ, τίς δὲ σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ τοῦ ζῶντος, ἐν ᾧ καὶ μακαριζεται, ὅτι σὰρξ καὶ αἷμα οὐκ ἀπεκάλυψεν αὐτῷ, ἀλλ' ὁ πατὴρ ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς· ἐπεὶ οὖν μεγάλα ἤκουσε περὶ Χριστοῦ, καὶ μεγάλα ἀπελάμβανε, καὶ ἐπαρσὶν ἔλαβε τὴν βοήθειαν τὴν εἰς αὐτὸν. ἰδοὺ ἀναβαίνομεν εἰς Ἱερουσαλὴμ, καὶ τελειωθήσεται. καὶ· δεῖ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου πολλὰ παθεῖν, καὶ ἀποδοκιμασθῆναι ἀπὸ τῶν ἀρχιερέων, καὶ πρεσβυτέρων, καὶ γραμματέων, καὶ ἀποκτανθῆναι, καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστῆναι· φησὶν. ἱλεώς σοι κύριε· μεγάλα ἤδει περὶ Χριστοῦ, οὐκ ἠθέλησε παρὰ δέξασθαι τὸ ταπεινότερον περὶ αὐτοῦ· τοιοῦτόν τινά μοι νόει καὶ τὸν Ἰωάννην ἐν φυλακῇ· ᾗ μεγάλα εἰδὼς περὶ Χριστοῦ. εἶδεν οὐρανὸς ἀνεῳγότας. εἶδε πνεῦμα ἅγιον ὡς περιστερὰν κατερχόμενον ἐπὶ τὸν σωτῆρα, καὶ μένον ἐπ' αὐτόν· ἰδὼν τὴν τηλικαύτην δόξαν ἀμφεβάλλετο. καὶ τάχα ἠπίστει· διὸ ἔδει ἔνδοξον καὶ μέχρις ᾅδου, καὶ μέχρι τῆς ἀβύσσου καταλύσεται. διὰ τοῦτο ἔλεγε. σὺ εἶ ὁ ἐρχόμενος, ἢ ἄλλον προσδοκῶμεν; ὁ παρεξέβην

ελω, ἐδὲ ἐπελαθόμην τ̃ προκειμένου, ἀλλὰ τ̃ θέλοντα καταστρέψαι, ὅτι εἰ πάντες εἰς ἅδου καταβεβήκασι καὶ τ̃ χριστ̃, προδρομοι χριστ̃ οἱ προφῆ) χριστ̃. οὕτω καὶ Σαμουὴλ οὗτος καταβέβηκεν, οὐχ ἁπλῶς, ἀλλ' ὡς ἅγιος· ὅπου ἐὰν ᾖ ὁ ἅγιος, ἐστιν ὁ ἅγιος. μήτι χριστός; οὐκ ἐπὶ χριστός ἐστιν, ἐπεὶ ἐν ἅδου ποτὲ ἦν· οὐκ ἐπὶ ἦν υἱὸς θεοῦ, ἐπεὶ ἐν τῷ καταχθονίῳ γεγένηται) ὅπως, ἵνα πᾶν γόνυ κάμψῃ ἐν τῷ ὀνόματι ἰησοῦ χριστ̃, ἐπουρανίων, καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων· ἕως χριστὸς ἦν, καὶ κάτω ὢν ἵνα ἕως ἦτο ἐν τῷ κάτω ὤν, προαιρέσει ἄνω ἦν· ἕως καὶ οἱ προφῆ), καὶ Σαμουὴλ, καὶ καταβῶσιν ὅπου αἱ ψυχαὶ αἱ κάτω, κάτω δύναν) ἐναι τ̃ ὅπου, ἀκάτω δὲ εἰσι τῇ προαιρέσ· πιθάνομαι), ἐπροφήτευσαν τὰ ὑπερφάνια; ἐγὼ δὲ δώσαμαι διδόναι δαιμονίῳ τηλικαύτην δώσαμιν, ὅτι προφητεύει περὶ Σαοὺλ Σαμουὴλ, καὶ τ̃ λαοῦ τ̃ θεοῦ, καὶ προφητεύσ περὶ βασιλείας δαυὶδ, ὅτι μέλλει βασιλεύειν· ἴσον) οἱ ταῦτα λέγοντες τὰ τ̃ ἀληθείας τ̃ κ τὸν τ̃ τόπον, οὐχ εὑρήσουσι σωσαῖ πῶς ἂν καὶ ἅγιος χωρὶς ὑπερ σωτηρίας τ̃ κακῶς ἐχόντων, εἰς τὸν τ̃ τόπον τ̃ κακῶς ἐχόντων ἰατροὶ χωρεῖ ὥσ, εἰς τὰς τ̃ πες τ̃ καμνόντων σωτ̃, καὶ εἰσπῆσαι ὅπου αἱ δυσωδίαι τ̃ τραυμάτων αὐτ̃. τ̃ ὑπερβάλλει ἡ ἰατρικὴ φιλανθρωπία· ἕτω γὰρ ὑπερέβλητε τῷ σωτῆρι ὁ λόγος * κ τοῖς προφήταις καὶ ἐνθάδε ἐλθεῖν, κ εἰς ἅδου καταβῆναι· καὶ γὰρ ὁ προφητεύσ τῷ λόγῳ. ὅτι Σαμουὴλ προφήτης ἦν, καὶ ἐξελθόντος ἀπέστη ἀπ' αὐτ̃ ἡ προφητεία· οὐκ ἄρα ἀληθεύει ὁ λέγων ἀνόσιος· ἄρτι προφητεύω ἐκ μέρους, γινώσκω ἐκ μέρους, ὅταν ᾖ ἔλθῃ τὸ τέλειον, τότε τὸ ἐκ μέρους καταργηθήσε) ὁλοσχερῶ τὸ τέλειον μ τὸν εἶον ἐστίν. καὶ εἴ τι προεφήτευσεν ἡσαΐας, ἐκ μέρους προεφήτευσε μ πάσης παῤῥησίας· μεμαρτύρη) ὁ τῷ ἐνθάδε ὁ δαυὶδ περὶ τ̃ τέλειον τ̃ προφητείας· οὐκ ἀπέλαβεν ὅλως τὴν χάριν τὴν προφητικὴν σαμουήλ. ὁ ὢν νῦς μου ἄκαρπός ἐστι· καὶ ὅπου ἐκκλησίαν οἰκοδομεῖ ὁ γλώσσῃ λαλῶν· καὶ γὰρ λέγει ὁ παῦλος, ὅτι ἐκκλησίαν οἰκοδομεῖ ὁ προφητεύων, αὐτ̃ς λέξεσι λέγων· εἰ ὁ προφητεύων ἐκκλησίαν οἰκοδομεῖ, εἶχε χάριν προφητικήν. ἀπολωλέκει αὐτὴν μὴ * ἀφθαρτήσας· μόνῳ γὰρ ἀπόλλυσι χάριν προφητικὴν, ὃς μ τὸ προφητεῦσαι πεποίηκεν ἀναξίως πνεύματος ἁγίου, ὡς ἐγκαταλιπεῖν αὐτὸν, καὶ φυγεῖν ἀπὸ τ̃ ἡγεμονικοῦ αὐτοῦ. ὅπ̃ ἐφόβετο ποτε καὶ μὴ τὴν ἁμαρτίαν

A glorificatus usque ad inferos, & abyssum ipsum descenderet, quapropter dicebat: *Tu es qui venturus es, an alium expectamus?* Matt. 11, 3
Non egressus sum à proposito, neque materiæ, quæ mihi præ manibus est, oblitus sum. Illud probare nobis in animo est, si omnes qui ante Christū in infernum descenderunt, præcursores Christi, atque Prophetæ fuere; pari ratione & Samuelem eò descendisse, non simpliciter, sed ut sanctum; ubi si est sanctus, sanctus omnino est. Nonne id etiam de Christo affirmamus? Annon Christus erat, licet aliquando apud inferos fuerit?
B Annon fuit filius Dei, licet in subterraneis degeret locis? *Vt omne genu flectteretur in nomine Iesu, cœlestium, terrestrium, & infernorum.* Phil. 2, 10. Non aliter Christus erat, licet inferius esset, ut sic dicam, & si in inferiori loco ageret, voluntate superius erat. Eodem pacto & Prophetæ, & Samuel, quamvis eo descendant, ubi sunt animæ quæ in infernis, loco quidem inferius sunt; at non inferius sunt voluntate. Et certo persuasum habeo illos super cœlestia prophetasse. At ego nus-
C quam dæmoni similem potentiam concedam. Nam Samuel de Saule & populo Dei, & regno David, David scilicet regnaturum vaticinatur. Qui contrarium sentiunt, veritatem, quæ in eo loco est, confirmare se non posse animadvertent. Sed quanam ratione Sanctus pro salute male sē habentium, in locum ubi permanent devenit? In loca militum ægrotantium medici gressum dirigant: introëant ubi fœtor ulcerum eorum male olet. Hoc suggerit medicorum in homines amor. Sic & Propheticus sermo Salvatori suasit, ut eo veniret, descen-
D deretque in infernum. Illud item orationi addendum: Samuel Propheta fuit, eoque mortuo prophetia ab illo discessit. Annon vera dicit Apostol? *Iam propheto ex parte, & ex parte cognosco: cū vero consummatio venerit, tunc quod ex parte est, etiam evacuabitur.* 1. Cor. 13, 9 Consummatio itaque post hujus vitæ finem est. Et quicquid Isaias prophetavit, ex parte cum omni libertate vaticinatus est, testatusque est hæc omnia de prophetiæ cōsummatione David: non recepit igitur gratiā propheticam Samuel. At intellectus meus sine
E fructu est: & quod Ecclesiam ædificat, qui lingua loquitur. Et Paulus ipse affirmat prophetantem Ecclesiam ædificare his iisdem verbis. Porro si prophetans Ecclesiam ædificat, utique gratiam propheticam habet, neque enim ipsam amisit. Solus quippe gratiam propheticam amittit, qui postquam prophetarit indigna Spiritu sancto operatur; ita ut ipsum Spiritus deserat, fugiatque ab ejus principe animæ facultate. Quod timebat tunc post peccatum Da-

1. Cor. 14, 14. 1. Cor. 14, 4

Psal. 50, 13. vid, dicebatque: *Et Spiritum sanctum tuum ne auferas à me.* Itaque si Spiritus sanctus
Matt. 9, 12 prophetat: cuinam? Angelis? at; *Non opus est Medico bene, sed male habentibus.* Quinam ejus Prophetiam excipiunt: neque enim frustra est gratia prophetica; neque ullum charisma eorum quæ in Sancto sunt, frustra est. Gratia itaque prophetica mortuorum animæ, audacter dicam, indigebant. Sed hic quidem necessarius est Propheta Israel, & qui dormit, discessitque ex hac vita, indigebat Prophetis, ut alia ratione ipsi Christi adventum vaticinarentur. Ante Domini mei Jesu Christi adventum nemini datum erat, ubi lignum vitæ erat prætergredi, præscriptaque transgredi, cum illa via
Gen. 3, 24. custodiretur. Quis viam ad lignum vitæ tentare poterat? Quis alicui auctor esse poterat flammeum gladium pertranseundi? Quem
Exod. 14, 24. admodum nec mare transiri poterat sine ope divina, columnaque divina, columna luminis, quæ erat ab ipso Deo: sicut Iordamen pedibus calcare nemini, præterquam Jesu Christo vero Deo concessum erat; cujus alius ille Jesus typus erat: sic per flammeum gladium à mundo transire non pote-
Luc. 16, 23 rat: non Abraham; ideo & Abraham ab eo qui torquebatur, conspicitur. Et cum in tormentis dives esset, elevatis oculis Abraham conspicit, licèt à longè videat; videt tamen & Lazarum in sinu ipsius. Expectabant igitur Domini mei Jesu Christi adventum, & Patriarchæ, & Prophetæ, & omnes,
Io 14, 6. ut sic viam aperiret. *Ego sum via: Ego*
Io 10, 9. *sum porta.* Via est ad lignum vitæ, ut si per ignem transire tibi contingat, flamma te non comburat: qualis ignis posuit Cherubim flammeumque gladium qui volvebat, ut viam ad lignum vitæ custodirent. Ideo beati illic permanebant se præparantes, & cum non possent eo accedere, ubi erat lignum vitæ, Paradisus Dei, & Deus agricola, ubi beati, & electi, & sancti Dei. Nullum ergo in hoc loco offendiculum est, sed omnia mira quadam vi scripta sunt, intelliguntur que ab illis, quibus Deus revelat. Nos porro, qui in sæculorum consummatione advenimus, habemus quid eximiũ ultra cæteros. Quid illud est? si ex hac vita excesserimus boni, & probi, non una nobiscum peccatorum sarcinis conductis, pertransibimus flammeum gladium, nec in locum illum, in quo qui ante ejus adventum quieverant Christum expectantes, deveniemus. Pertransibimus nullo nobis à

A ὁ δαυὶδ, καὶ ἔλεγε· καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιόν σου μὴ ἀνέλῃς ἀπ' ἐμοῦ· εἰ τίνων τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον προφητεύει. πίνι; * ἀγγέλοις. οἷς μὴ * χρείαν ἔχουσιν οἱ ἰσχύοντες ἰατρῶν, ἀλλ' οἱ κακῶς ἔχοντες· δέχονται πνες * τὰ προφητείας αὐτῶν; * κ. τὰ ἀγὼ λέγω χάρις προφητική. οὐδὲν χάρισμα λέγω τῶν ἐν τῷ ἁγίῳ· τί οὖν χάριτος τῶν προφητικῶν αἱ ψυχαὶ τῶν κοιμωμένων τολμήσω καὶ εἰπῶ δεόντως· ἀλλ' ἐνθάδε μὲν χρείαν * ἔχει) * κ. τῶν B δὲ προφήτη ἰσραήλ. καὶ ὁ κοιμώμενος ἦ ὁ ἀπηλλαγμένος δὲ βίου χρείαν εἶχε τῶν προφητῶν, ἵνα πάλιν οἱ προφῆται αὐτῶν κηρύξωσι τὴν χριστοῦ ἐπιδημίαν· ἄλλως τε καὶ * προ- * κ. τῶν φήτης δὲ κυρίου με ἰησοῦ χριστοῦ ἐπιδημίας πάν- ἀδιάβατον ἦν τινα παρελθεῖν ὅπως τὸ ξύλον τῆς ζωῆς. ἀδιάβατον ἦν παρελθεῖν τὰ τεταγμένα, φυλάσσειν τὴν ὁδὸν τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς· τίς ἀδιάβατος ὁδοποίησας; τίς ἀδιάβατος τὴν φλογίνην ῥομφαίαν ποιήσας διελθεῖν τινα, ὡσπερ θάλασσαν οὐκ ἦν ὁδοποιήσας ἢ δι' ὕδατος καὶ δι' C σου πυρὸς, δι' οὐρανοῦ δι' ἀστέρων, δι' ἡλίου δι' ἀνθρώπων θεοῦ. ὥσπερ τὸν ἰορδάνην οὐκ ἦν ὕδατος ὁδοποίησας ἢ ἰησοῦ. τοῦ ἀληθινοῦ θεοῦ τύπος ἦν ἐκείνου ὁ ἰησοῦς. ἆρα διὰ τί φλογίνης ῥομφαίας ζαμβὴλ οὐκ ἀδιάβατος διελθεῖν. οὐκ ἀβραὰμ διὰ δι' καὶ ἀβραὰμ βλέπεται ὑπὸ τοῦ κολαζομένου, καὶ ὑπάρχων ἐν βασάνοις ὁ πλούσιος ἐπάρας τοὺς ὀφθαλμοὺς ὁρᾷ ἀβραὰμ, εἰ μὴ ὑπὸ μακρόθεν ὁρᾷ. ἀλλ' ὁρᾷ τὸν λάζαρον ἐν τοῖς κόλποις αὐτοῦ· ἐκείμενον ὅτι τὴν δὲ κυρίε με ἰησοῦ χριστοῦ ἐπιδη- D μίαν, τὸ πατεμάεχαι, τὸ προφῆται, καὶ πάντες, ἵνα ἔτως τὴν ὁδὸν ἀνοίξῃ· ἐγώ εἰμι ἡ ὁδὸς, ἐγώ εἰμι ἡ θύρα· ὁδός ἐστιν ἐπὶ τὸ ξύλον τῆς ζωῆς, ἵνα χρὴ), ἐὰν διέλθῃς διὰ πυρὸς, φλὸξ οὐ κατακαύσει σε. ποῖα πυρὸς ἔθαξε τὰ χερουβὶμ, καὶ τὴν φλογίνην ῥομφαίαν τὴν περιφερομένην φυλάσσειν τὴν ὁδὸν τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς, ὥστε διὰ τοῦτο πεπεμένον οἱ μακάριοι ἐπεὶ οἰκονομίαν ποιοῦντες, ἵνα μὴ διαβάθμιοι ὅπως τὸ ξύλον τῆς ζωῆς, ὅπως ὁ παράδεισος· ὁ δὲ θεὸς, ὅπως ὁ θεὸς γεωργὸς, E ὅπως οἱ μακάριοι καὶ ἐκλεκτοὶ, καὶ ἅγιοι θεοῦ χλωρὸς· οὐδὲν οὖν περίσσωμα τοῦ τόπου ἐστὶ. ἀλλὰ πάντα θαυμασίως γεγραπται, καὶ γενόμενα, οἷς ἂν ὁ θεὸς ἀποκαλύψῃ· περισσὸν δὲ π ἔχομεν ἡμεῖς οἱ ἐπὶ σωτελεία τῶν αἰώνων ε-

ληλυθότες. τί περισσόν; ἐὰν ἀπαλλαγῶμεν χρόμενοι καλοὶ καὶ ἀγαθοὶ, μὴ ἐπαγόμενοι τὰ τῆς ἁμαρτίας φορτία, διελθυσόμεθα καὶ αὐτὴν τὴν φλογίνην ῥομφαίαν, καὶ κατελευσόμεθα εἰς τὴν χώραν ὅπως περιεμένον τὸν χειρὸν οἱ ἀπὸ τῆς παρουσίας αὐτοῦ κοιμώμενοι διελευσόμεθα ἢ μηδὲν βλαπτόμενοι ὑπὸ τῆς φλογίνης ῥομφαίας. ἑκάστου τὸ ἔργον ὅπ. ὁ ἐν

ὁποῖόν ἐστι, τὸ πῦρ αὐτὸ δοκιμάσει, εἴ τινος τὸ ἔργον καταμένει, ζημιωθήσεται, αὐτὸς δὲ σωθήσεται ἔτως ὡς διὰ πυρός. διελθόντες οὖν ἐκεῖθεν πλέον ἔχομέν τι, καὶ ἔχει δυνάμεθα καλῶς διώσωντες κακῶς ἀπαλλάξαι· οὐκ ἔλεγον οἱ ἀρχαῖοι, οὐδὲ οἱ πατριάρχαι, οὐδὲ οἱ προφῆται. εἰ δυνάμεθα ἡμεῖς εἰπεῖν, εἰ οὖν καλῶς διώσωμεν, κάλλιον ἢ ἀναλύσαι, καὶ σὺν Χριστῷ εἶναι· διόπερ ἔτως ἔχοντες πλέον καὶ πολὺ κέρδος ἐν τῷ ἐπὶ συντελείᾳ τῶν αἰώνων ἐλπιζόντας, πῶς τὸ δυνάμενον λαμβάνομεν; ἄκουε γὰρ τοῦ εὐαγγελίου, ὅτι ἀρξάμενοι B ἐσχάτων τὸ δυνάμενον λαβεῖν τὸ ἐσχάτων. οἱ δὲ πρῶτοι ὧν τὸ ὅτι πλεῖον λήψονται· οὐδὲν πρῶτος ὁ ἔρχατος ἐλθών, λαμβάνεις τὸν μισθὸν ἀπὸ δεσπότου ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα, καὶ τὸ κράτος, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

flammeo illo gladio damno illato. *Vnius cu-* 1.Cor.3,13
jusque vero quale opus sit, ignis ipse probabit. Si
alicujus opus combustum fuerit, damnum con- 1.Cor.3,15
trahet, ipse vero salvabitur sic quasi per ignem.
Pertransibimus ergo. Habemus item ultra & aliud eximium; non possumus, si recte vixerimus, male discedere. Hoc non dicebant antiqui, non Patriarchæ, non Prophetæ. Nonne id nos effari possumus; si bene vixerimus, melius & dissolvemur, erimusque cum Christo? Propterea cum ultra cæteros id habeamus, nec leve sit emolumentum, cum in fine sæculorum devenerimus, primi denarium accipiemus. Nam audi parabolam: *Incipiens dabat denarium ab ultimis. At primi existimabant se majus quippiam* Matt.20,8
habituros. Tu ergo primus, qui ultimus venisti, mercedem à Patre familiâs accipis in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria & robur in sæcula sæculorum, Amen.

ΑΠΟ ΤΩΝ ΕΙΣ ΤΟΥΣ
ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ ΨΑΛΜΟΥΣ.

Ἀπὸ τῆς εἰς τὸν ά. ψαλμὸν τόμε.

EX COMMENTARIIS IN
ORIGENIS PSALMOS.

E Tomo in Psalmum primum.

Interprete DIONYSIO PETAVIO.

Κεκλεῖσθαι καὶ ἐσφραγίσθαι τὰς θείας γραφὰς οἱ θεῖοι φασι λόγοι, τῇ κλειδὶ τοῦ Δαβὶδ, ᾗ ἔοικε δὲ ἡ σφραγίδι, ᾗ εἰς ἣν εἴρηται τὸ ἐκτύπωμα σφραγίδος ἁγίασμα κυρίου. τοῦτο τῇ δυνάμει τοῦ δεδωκότος αὐτὰς θεοῦ, τῇ τοῦ τὸ σφραγίδος δηλουμένῃ· ᾗ δὲ μύθοις δὲ κεκλεῖσθαι καὶ ἐσφραγίσθαι, ὁ Ἰωάννης ἀναδιδάσκει ἐν τῇ Ἀποκαλύψει λέγων. καὶ τῷ ἀγγέλῳ τῆς ἐν Φιλαδελφείᾳ ἐκκλησίας γράψον· τάδε λέγει ὁ ἅγιος, ὁ ἀληθινός, ὁ ἔχων τὴν κλεῖν τοῦ Δαβὶδ, ὁ ἀνοίγων καὶ οὐδεὶς κλείσει, καὶ κλείων καὶ οὐδεὶς ἀνοίξει· οἶδά σου τὰ ἔργα. ἰδοὺ δέδωκα θύραν ἐνώπιόν σου ἀνεῳγμένην, * ἣν οὐδεὶς δύναται κλεῖσαι αὐτήν· καὶ μετ' ὀλίγα. καὶ εἶδον ἐπὶ τὴν δεξιὰν τοῦ καθημένου ἐπὶ τοῦ θρόνου βιβλίον γεγραμμένον ἔσωθεν, καὶ * ὄπισθεν, κατεσφραγισμένον σφραγῖσιν ἑπτά· καὶ εἶδον ἄγγελον ἰσχυρὸν κηρύσσοντα φωνῇ μεγάλῃ· τίς ἄξιος ἀνοῖξαι τὸ βιβλίον, καὶ λύσαι τὰς σφραγῖδας αὐτοῦ; καὶ οὐδεὶς ἠδύνατο ἐν τῷ οὐρανῷ, οὔτε ἐπὶ τῆς γῆς, οὔτε ὑποκάτω τῆς γῆς ἀνοῖξαι τὸ βιβλίον, οὔτε βλέπειν αὐτό· καὶ ἔκλαιον, ὅτι οὐδεὶς ἄξιος εὑρέθη

CLAUSAS, obsignatasque Scripturas esse sacras, divina testantur oracula; idque Davidis clave, ac forsitan & sigillo; de quo scriptum est: *Figura sigilli sanctitas* Exod. 28,
Domino. Quod de virtute Dei, qui ea largitus est, intelligi debet, quæ videlicet per sigillum adumbratur. Etenim clausas atque obsignatas esse Scripturas Joannes in Apocalypsi, declarat his verbis: *Et Angelo* Apoc.3,7.
Ecclesiæ, quæ Philadelphiæ est, scribe: Hæc
dicit Sanctus verus qui habet clavem David;
qui aperit, & nemo claudet; & claudit, &
nemo aperiet. Novi opera tua: posui fores co-
ram te apertas, quas nemo claudere potest. Deinde paulo post: *Et vidi ad dexteram sedentis* Apoc.5,1.
in throno librum scriptum intus & à tergo, ob- & seq.
signatum signaculis septem. Et vidi Angelum
proclamantem voce magna: Quis est dignus ape-
rire librum, & solvere signacula ejus: Et ne-
mo poterat in cœlo, neque in terra, neque subter
terram aperire librum, neque aspicere illum.
Et flebam, quoniam nemo dignus inventus est
aperire librum, neque aspicere illum. Et unus

de Senioribus dixit mihi: Noli flere: Ecce vicit leo de tribu Iuda, radix David, aperire librum, & septem signacula ejus. De sola ve-
Esa.29,11 12. ro obsignatione ita loquitur Isaias: *Et erunt vobis verba hæc omnia, sicut sermones libri hujus obsignati, quem si dederint homini scienti literas, dicentes: Lege ista, & respondebit: Non possum legere; est enim obsignatus. Et dabitur liber hic in manus hominis nescientis literas; & dicet: Nescio literas.* Hæc enim non ad Apocalypsin solum Joannis, aut Isaiæ vaticina pertinere putandum est; sed de universa Scriptura sacra penitus accipienda sunt. Quod sane apud illos in confesso est, qui divinarum literarum notitiam vel mediocriter assecuti sunt. Quæ quidem ænigmatum involucris, ac parabolis, tenebrosisque sermonibus, ac diversis aliis obscuritatis generibus, quæ hominis ingenio difficile comprehenduntur, repertæ sunt. Quod & Salvator ostendere volens, clavem apud Scribas, & Pharisæos esse dixit, qui ut viam ad aperiendum invenirent,
Luc.11, 52 minime contenderent, & *Væ vobis*, inquit, *Legisperitis; quoniam tulistis clavem scientiæ, neque ipsi intrastis, & intrantes non permittitis ingredi.* Hæc à nobis velut præfandi gratia proposita sunt, qui in maximum certamen, quodque vires nostras ac facultatem sine ulla dubitatione superat, ab ingenti tuo, Ambrosi vir sanctissime, erga literas studio concitati fuimus, & ut in illud descenderemus humanitate tua ac moderatione perpulsi. Quandoquidem diu me comperta periculi magnitudine recusantem, non modo disputare de sacris literis; sed & multo magis scribere ac posteris relinquere, modis omnib⁹, atq; illecebris demulsisti, & ad hoc quibusdã divinitatis progressionibus adduxisti. Tu igitur testis mihi apud Deum eris, tũ cum de vita mea ac scriptis inquiret, quonã animi consilio sit istud à me susceptum. Ac nonnunquam quidem veritatẽ assequimur; nonnunquam aut violentius perrũpimus, aut dicere aliquid videmur. Porro quod scriptum est, vestigavimus, non ita ut præclare illud dictum contemneremus. *Cum de Deo dicis, à Deo judicaris*; idem illud: *De Deo etiam vera dicere, non mediocre periculũ est.* Quamobrem cum nihil sine Deo esse possit egregium, præsertimque divinarum literarum intelligentia; abs te etiam atque etiam petimus, ut parentem omnium Deum, per Salvatorem nostrum ac Pontificem genitum Deum obsecrare velis, idque ab eo nobis impetrare, ut inprimis recte quærere possimus. Quærentibus enim proposita est assequendi promissio. Ac nescio, an qui ad

A θη ἀνοῖξαι τὸ βιβλίον, ἔτε βλέπειν αὐτό· καὶ
εἰς ὃν τῶν πρεσβυτέρων λέγει μοι· μὴ κλαῖε,
ἰδὲ ἐνίκησεν ὁ λέων ὁ ἐκ τ̃ φυλ̃ς Ἰούδα, ἡ ῥί-
ζα Δαυὶδ, ἀνοῖξαι τὸ βιβλίον, καὶ τοὺς ἑπτὰ
σφραγίδας αὐτ̃. καὶ ὃ ἐσφραγισμένον μό-
νον ὁ Ἡσαΐας ἔτως. καὶ ἔσαι ὑμῖν τὰ ῥήματα ταῦ-
τα πάντα, ὡς οἱ λόγοι τ̃ βιβλίε τέτε τ̃
ἐσφραγισμένε, ὃ ἐὰν δῶσιν αὐτὸ ἀνθρώπῳ
ἐπισταμένῳ γράμματα, λέγοντες· ἀνάγνω-
θι ταῦτα, καὶ ἐρεῖ· δύναμαι ἀναγνῶναι,
B ἐσφράγισται γάρ· καὶ δώσετε τὸ βιβλίον τ̃
εἰς χεῖρας ἀνθρώπε μὴ ἐπισταμένε γράμ-
ματα, * καὶ ἐρεῖ, οὐκ ἐπίσταμαι γράμματα· * Plin.
ταῦτα γὰρ ἐ μόνον τοῖς ἀποκαλύψεως ἰω- καὶ ἐρεῖ ἀντὶ τ̃ ἀπ.
άννε, καὶ τ̃ Ἡσαΐε νομιτέον λέγειν, ἀλλὰ τ̃ γρ. τῶν
τοῖς πάσης θείας γραφ̃ς ὁμολογημένοις, * * Plin.
τ̃ πᾶσι τοῖς μετρίως ἐπαΐειν λόγων θείων δυνα-
μένοις, * πεπληρωμένοις αἰνιγμάτων, καὶ * Plin.
σκολιῶν, σκοτεινῶν τε λόγων, καὶ ἄλλων ποι- πεπλεγμέ-
νων
C κίλων εἰδῶν ἀσαφείας, δυσληπτων τῇ ἀν-
θρωπίνῃ φύσει· ὅπ διδάξαι ἐκλόμενος ὁ
σωτ̃ φησιν, ὡς τὸ κλειδὸς ἔσης πᾶσι τοῖς
γεγραμματεῦσι, τ̃ Φαρισαίοις οὐκ ἀγωνιζο-
μένοις τῷ ὁδὸν εὑρεῖν ἢ ἀνοῖξαι, τὸ· καὶ
ὑμῖν τοῖς νομικοῖς, ὅτι ἤρατε τὴν κλεῖδα τ̃
γνώσεως, αὐτοὶ οὐκ εἰσήλθετε, τ̃ τὰς εἰσερχο-
μένους οὐκ ἀφίετε εἰσελθεῖν· ταῦτα ὑμῖν οὐ
προοιμίῳ λελεκται, εἰς μέσον ἀγῶνα, καὶ
ὁμολογουμένως ὑπὲρ ἡμᾶς, καὶ τῷ ἔξιν ἡ-
D μῶν, ἀναγκαζομένοις ὑπὸ τ̃ πολλ̃ς σ
φιλομαθείας, καὶ δυσωπεμένοις ὑπὸ τ̃
ζητούντ̃, καὶ τ̃ μετεμόντος θυ, ἱερὰ ἀμ-
ελήσαι κατελθεῖν· καίτοι γε ὑπὲρ πολὺ ἀναδύ-
μυόν με, διὰ τὸ εἰδέναι τὸν κίνδυνον, ἢ μό-
νον τὸ λέγειν περὶ τ̃ ἁγίων, ἀλλὰ πολλῷ
πλέον ἔ γράφειν, καὶ τοῖς μετ̓ ἡμᾶς καταλι-
πεῖν, πάνυ δαπῶς κατεπάδων φιλικῶς, καὶ
τ̃ σκοπὸν θεότητος εἰς τὸν ἄγαγες με
μάρτυς ἔσο μοι πρὸς θεὸν μετ̓ ὀλίγου ἔ δίς,
καὶ περὶ τ̃ ὑπογεγραμμένων ἐξεταζομένων,
E ποία τε προθέσει ἔν γε λήψῃ· καὶ πῇ μὴν συ-
τυγχάνομεν, πῇ ἢ ἧττον διαζόμεθα διαμότερον,
ἢ δοκεῖμεν πλέον ἐξιχνεύσαιμεν ἢ τὸ γεγραμ-
μένον, ἃ καταφρονοῦντες ἔ· ὅτε λέγεις περὶ θεοῦ,
κείνη ὑπὸ θεοῦ, καλῶς εἰρημένα· καὶ * τὸ * π. ἔ
περὶ θεοῦ ἀληθῆ λέγειν, κίνδυνω ἐ μικρὸς, ἀ-
ξιεῖμεν ἂν εἶναι, ἐπεὶ μηδὲν χωρὶς θεοῦ καλὸν εἶναι
δυνατ̃), ἐ μάλισα νόησις γραφῶν θεοπνεύστων,
ὅπως τῷ πατρὶ τῶν ὅλων θεῷ, διὰ ἔ σωτ̃ρος ἡμῶν, ἐ ἀρχιερέως γνησίε θεοῦ προσευχὰς,
αἰτήσεις δοθῆναι ἡμῖν πρῶτον καλῶς ζητεῖν· ἐπίκειται γὰρ τοῖς ζητοῦσιν ἐπαγγε-
λία

λία δ' ὑρίσκειν· τάχα δὲ τὴν ἀρχὴν ἐις ζητουμένας λογιζομένων παρὰ θεῷ τ ὧν οὐδ' ὅπη δεῖ τῶν ὄντων.

A illud via ac ratione minime contendunt, inter eos qui quærunt, apud Deum non habeantur.

Καὶ μετ' ἕτερα.

Et post alia.

Interprete JOANNE TARINO.

Μέλλοντες ὁ ἀρχηγὸς τῆς ἑρμηνείας τῶν Ψαλμῶν, χαριέστατον παράδοσιν ἡμῖν καθολικῶς περὶ πάσης θείας γραφῆς παραδεδομένην τάξομεν· ἔφασκε γὰρ ὁ ἐκεῖνος καὶ οἰκεναγὴς ὅλου θεοπνεύστου γράμματος διὰ τοῦτο ἐν αὐτῇ *ἀσάφειαν πολλοῖς οἴκους ἐν οἰκίᾳ μιᾷ κεκλεισμένους, ἑκάστῳ δ' οἴκῳ *παρακεῖσθαι κλεῖν ἑτέραν καὶ ἄλλην αὖ πάλιν. καὶ ἔτι διεσκεδάσθαι τὰς κλεῖς περὶ τοὺς οἴκους, ἐκ δὲ μόνου ζητεῖσθαι καθ' ἑκάστην οἰκείοις οἷς προσήκειν. ἔργον εἶναι μέγιστον εὑρίσκειν τε τὰς κλεῖς καὶ ἁρμόζειν αὐτὰς τοῖς οἴκοις, εἰς αὐτοῖξαι δυνάμενον. νοεῖσθαι τοίνυν καὶ τὰς γραφὰς ὅσας ἀσαφεῖς οὐκ ἀλλοθεν τὰς ἀφορμὰς δ' νοεῖσθαι λαμβανούσας, ἢ παρ' ἀλλήλων ἐχουσῶν ἐν αὐταῖς διεσπαρμένον τὸ ἐξηγητικὸν· ἡγεῖσθαι γοῦν κατὰ τὸν ἀποστολον τοιαύτην ἔφοδον δ' σωτηρίαν τὰς θείας λόγους παραδιδόναι τὰ λεγόμενα· ἀνθρωπίνης γὰρ οὐκ ἐν διδακτοῖς σοφίας λόγοις, ἀλλ' ἐν διδακτοῖς *πνεύματος πνευματικοῖς πνευματικὰ συγκρίνοντες.

PSalmorum interpretationem inchoaturi, præclarissimum documentum nobis ab Hebræo de Scriptura traditum proponemus: Dicebat enim ille, similem esse universam Scripturam divinitus afflatam propter obscuritatem quæ in ea est, multis domiciliis uno ædificio conclusis; unicuique domicilio appositam clavim non ipsi convenientem, sicque dissipatas esse claves per domicilia, non respondentes singulas iis domiciliis quibus appositæ sunt: opus vero longe difficillimum esse, invenire claves & eas cellis aptare, quas aperire possunt: itaque etiam Scripturas abstrusas quidem illas intelligi, non aliunde sumptis quam ab ipsis invicem argumentis intelligentiæ, quæ in se habent dispersam exponendi rationem. Arbitror itaque, Apostolum aditum hunc intelligendi divinos sermones aperientem dicere: *Quæ & loquimur non in doctis humanæ sapientiæ verbis, sed in doctrina spiritus, iis quæ spiritu percipiuntur, spiritalia comparantes.* 1. Cor. 12, 13.

Καὶ μὴ πολλὰ συγκρίνων τὰς ἐνικῶς κειμένας μακαρισμὰς παρὰ τὰς πληθυντικῶς εἰρημένας, φησίν.

Et interjectis non paucis comparans singulatim positas beatitates cum iis quæ velut in acervo positæ fuerant, ait;

Ἐι δ' ἔστι λόγια κυρίου, λόγια ἁγνὰ, ἀργύριον πεπυρωμένον, δοκίμιον τῇ γῇ, κεκαθαρισμένον ἑπταπλασίως, ἢ μὴ πάσης ἀκριβείας ἐξητασμένως τὸ ἅγιον πνεῦμα ἐπιβέβληκεν αὐτῷ διὰ τῶν ὑπηρετῶν δ' λόγου, μήποτε καὶ ὑμᾶς διαφύγῃ ἡ ἀναλογία, καθ' ἣν ὅπη πάσαν ἔφθασε γραφὴν ἡ σοφία δ' θεοῦ θεόπνευστον μέχρι δ' τυχόντος γράμματος. καὶ τάχα διὰ τοῦτο ὁ σωτὴρ ἔφη· ἰῶτα ἓν ἢ μία κεραία οὐ μὴ παρέλθῃ ἀπὸ δ' νόμου, ἕως ἂν πάντα γένηται· οὐ τρόπον γὰρ ὅπη τὸ κοσμοποιὸς ἡ θεία τέχνη ἐ μόνον ἐν οὐρανῷ καὶ ἡλίῳ καὶ σελήνῃ (ἀστέρες *φαίνει) δι' ὅλων τῶν σωμάτων ἐκείνων πεφοίτηκεν, ἀλλὰ καὶ ὅπη γῆς ἐν ὕλῃ αὐτελεστέρᾳ τὸ αὐτὸ πεποίηκεν, ὡς μὴ καταφανῆ δὲ τοῦτο τεχνίτῃ, μήτε τὰ σώματα τῶν ἐλαχίστων ζώων· πολλῷ δ' πλέον καὶ ἐνυπάρχουσας ψυχὰς ἐν αὐτοῖς, ἑκάστης *ἰδίωμά τι pecu-

Si autem *eloquia Domini, eloquia casta, argentum igni examinatum, probatum terra, expurgatum septies*; exquisitissima cura & studio Spiritus sanctus per ministros Verbi ista subjecit, ne unquam nobis latere posset ratio, secundum quam divina sapientia omnem Scripturam divinitus datam, vel ad unam usque literulam attigit: & propterea fortasse Servator, *iota*, inquit, *unum, vel apex unus è Lege non prætereat, donec omnia fiant.* Quemadmodum enim in mundi opificio ars divina non solum in cœlo & Sole & Luna & astris apparet, per rota illa corpora permeans; sed etiam in terra, in materia viliore hoc ipsum effecit, ut neque ab artifice minimorum etiam animalculorum corpora neglecta sint; multo vero magis & quæ in illis insunt animæ, quarum singulæ Psal. 12. Matth. 5. 18.

peculiare quid in se acceperunt, quemadmodum in brutorum genere conservandi sui rationem: sed neque terræ germina contempsit, cum unicuique insit artificii quidpiam in radicibus, in foliis & in iis qui proveniunt fructibus, & inqualitatum differentia. Ita nos censemus de omnibus ex afflatu sancti Spiritus scriptis, tanquam illa, quæ sapientiam humana superiorem tradit, magna providentia, per divinas literas hominum generi salutaria documenta inseruerit, & singulis, ut ita dicam, literis, quoad unaquæque capere potest, vestigia sapientiæ impresserit. Enimvero oportet eum qui semel admiserit opificii mundi has esse Scripturas, animum quoque inducere quæcunque de creatione occurrunt illius rationem quærentibus, hæc eadem de Scripturis occurrere. Sunt autem in creatione quædam quæ natura humana difficulter vel nullo modo invenire possit. Neque idcirco accusandus est omnium effector Deus. Verbi gratia, quum non invenimus caussam, cur creati sint basilisci, & alia venenata animalia: hinc enim sanctum est, conscium imbecillitatis generis nostri, quodque divinæ artis rationes quantalibet maxima cas diligentia fuerimus contemplati, percipere non possimus, ad unum Deum horum cognitionem referre, qui nobis postea, si digni judicemur, hæc ipsa aperiet, quæ illi pie permisimus. Sic igitur & in divinis literis videndum est, multa in illis recondita esse, quorum nobis est perdifficilis explicatio. Qui ergo pollicentur, postquam à mundi conditore defecerunt, & ad eum quem finxere, ut ad Deum confugerunt, solvant, quos ipsis nodos exhibuimus, vel suam ipsi conscientiam persuadeant, ut i post tam insignem audaciam ab impietate desinant, prout congruit ipsorum instituto, de quæstitis & iis quæ objecta sunt dubitandi caussis. Si enim ibi nihilominus difficultates manent, postquam à divinitate defecerunt; quanto sanctius erat in cogitatione ac sensu de Deo inhærentes, quem à creaturis parentem ac effectorem contemplamur, nihil impium & nefarium de tanto Deo affirmare?

λαβόσης ἐν αὐτῇ, ὡς ἐν ἀλόγῳ σωτήριον. μήτε τὰ τῆς βλαστήματα, ἑκάστῳ ὑπάρχοντα ἓ τεχνικῶς περὶ τὰς ῥίζας καὶ τὰ φύλλα καὶ τὰς ἐνδεχομένας καρπὰς, καὶ τὰς διαφορὰς τ ποιοτήτων. ἕτως ἡμεῖς ὑπολαμβάνομεν περὶ πάντων τῶν ἐξ ἐπιπνοίας ἓ ἁγίου πνεύματος ἀναγεγραμμένων, ὡς τ ἐπιδόσης τῷ ὑπὲρ ἀνθρωπον σοφίαν ἱερᾶς προνοίας διὰ τ γραμμάτων τῆς γλώττης τῶν ἀνθρώπων, λόγια σωτήρια ἐνεσπαρκυίας, ὡς ἐν ἑκάστῳ γράμματι τ ἐνδεχόμενον ἴχνη τ σοφίας χωρῆσαι τὸν ἅπαξ προσδεξάμενον ἓ κτίσαντα τὸν κόσμον εἶναι ταῦτας τὰς γραφὰς, πεπεῖσθαι ὅτι ὅσα περὶ τ κτίσεως ἀπορούμενα τοῖς ζητοῦσι τὸν περὶ αὐτ λόγον, ταῦτα καὶ περὶ τῶν γραφῶν. ἔστι δέ γε καὶ ἐν τῇ κτίσει τινὰ ἀνθρώπινη φύσει δυσεύρετα ἢ καὶ ἀνεύρετα. καὶ διὰ τ τοιαῦτα μὴ καταγνωστέον ἓ ποιητῆ τῶν ὅλων. φέρε εἰπεῖν, ἐπεὶ ἐχ' εὑρίσκομεν αἰτίαν βασιλίσκων κτίσεως, καὶ τῶν ἄλλων ἰοβόλων θηρίων. οὐθὰς γὰρ ὅσιον τὸν ἀθανάτιμον τ ἀσθενείας ἓ ἡμῶν ἡμῶν, καὶ ὅπ τέχνης θεῖ λόγους μὴ πάσης ἀκριβείας τεθεωρημένους ὁπλαβεῖν ἡμῖν ἀμήχανον, θεῷ ἀναθέναι τὸν τούτων γνῶσιν, ὕστερον ἡμῖν ἐὰν ἄξιοι κριθῶμεν φανερώσοντα ταῦτα περὶ ὧν νῦν εὐσεβῶς ἐπεζητήσαμεν. ἕτω δίκαιον ἐν ταῖς θείαις γραφαῖς χρὴ ὁρᾶν, ὅτι πολλὰ ἀπόκειται ἐν αὐταῖς δυσαπόδεκτα ἡμῖν. οἱ γοῦν ἐπαγγελλόμενοι μὴ τ ὑποστῆναι ἓ κτίσαντα τὸν κόσμον, καὶ ὃ ἀνέπλασαν ὡς θεῷ προστρέχειν, λυέτωσαν * καὶ τὰς προσαγομένας ὑφ' ἡμῶν αὐτοῖς ἀπορίας, ἢ τὸ ἑαυτῶν γε συνειδὸς πλάττωσαν μὴ τ τηλικοῦτον τόλμημα τ ἀσεβείας ἀναπαύσαν, συμφώνως ταῖς παρ' αὐτοῖς ὑπάρχουσι περὶ τ ζητουμένων, καὶ περὶ τῶν προσαγομένων αὐτοῖς ἀπορημάτων. Εἰ γὰρ κἀκεῖ ἔτι ἦσαν τὰ ἀπορήματα μένει, ἀποστάντων τ θεότητος, πόσῳ σωτηριώτερον ἐν μένοντας ἐπὶ τ ἐννοίας τ περὶ θεοῦ, ἀπὸ τῶν κτισμάτων τὸν ἡγεσιεργὸν θεωρεῖσθαι, μηδὲν ἄθεον καὶ ἀνόσιον περὶ τοῦ τηλικούτου ἀποφαίνεσθαι θεοῦ.

Ex eodem in 1. Psalmum Tomo.

Ἐκ τ αὐτ εἰς τὸν α. ψαλμὸν τόμ.

Eodem Interprete.

QUoniam in Numerorum loco singuli numeri vim & potestatem in rebus aliquam habent, qua usu, est Opifex om-

Ἐπεὶ δὲ ἐν τῷ περὶ ἀριθμῶν τόπῳ ἑκάστ ἀριθμοῦ δυνάμιν τινα ἐχόντων ἐν τοῖς ἔστιν, ἣν κατεχρήσατο ὁ τῶν ὅλων δημιουργὸς εἰς τὸν

τὴν οὐσασεν, ὅτε μὴν ἓξ παντὸς, ὅτε ὀγδοὰς τῶν ἐν μέρει, προσέχειν δεῖ καὶ ἐξιχνεύειν ἀπὸ τῶν γεγραφῶν τὰ περὶ αὐτῶν, καὶ ἑνὸς ἑκάστου αὐτῶν· οὐκ ἀγνοητέον * ὅτι ὅπερ καὶ τὸ εἶναι τὰς * ἐνδιαθήκους βίβλους, ὡς Ἑβραῖοι παραδίδασι, δύο, καὶ * εἴκοσιν. ὅτι ὁ ἴσος ἀριθμὸς τῶν παρ' αὐτοῖς στοιχείων ἐστὶν, οὐκ ἄλογον τυγχάνει· ὡς γὰρ τὰ κδ' στοιχεῖα εἰσαγωγὴ δοκεῖ εἶναι εἰς τὴν σοφίαν τὰ θεῖα διδάσκαλα τοῖς χαρακτῆρσι τύποις ἐντυπούμενα τοῖς ἀνθρώποις. οὕτω στοιχείωσίς ἐστιν εἰς τὴν σοφίαν τοῦ θεοῦ, καὶ εἰσαγωγὴ εἰς τὴν γνῶσιν τῶν τὰ κδ' θεοπνευστα βιβλία·

Euseb. & Suid. * ὡς τὰ ἐν ἀρχῇ * γράμματα.

nium, interdum ad constitutionem universi, interdum ad speciem singulorum constituendam: animadvertenda sunt è Scripturis & pervestiganda ea quæ ad ipsos numeros sigillatim pertinent. Neque ignorandum est, quod Veteris Testamenti libros, ut Hebræi tradunt, viginti & duo, quibus æqualis est numerus elementorum Hebræorum, non abs re esse: ut enim duæ & viginti literæ introductio ad sapientiam & divinam doctrinam his formis impressam hominibus esse videntur; sic ad sapientiam B Dei & rerum notitiam fundamentum sunt atque introductio libri Scripturæ duo & viginti.

EX COMMENTARIO in PSALM. 1.

Interprete HENRICO VALESIO.

Εἰσὶ δὲ αἱ εἴκοσι δύο βίβλοι καθ' ἑβραίους αὗται δὲ ἡ παρ' ἡμῖν γένεσις ἐπιγεγραμμένη, παρὰ δὲ ἑβραίοις ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τῆς βίβλου ἐρεσθὶθ, ὅπερ ἐστὶν, ἐν ἀρχῇ ἔξοδος, ἃ ἀλεσμωθ, ὅπερ ἐστὶ, ταῦτα τὰ ὀνόματα. λευιτικὸν, ἰκρὰ, καὶ ἐκάλεσεν. ἀριθμοὶ, ἀμμεσφεκωδείμ. δευτερονόμιον, ἔλλε ἀδδεβαρίμ, ἅτινά ἐστι λόγοι· ἰησοῦς υἱὸς ναυῆ, ἰωσοὲ βὲν νοῦν. κριταὶ, ῥὼθ, παρ' αὐτοῖς ἐν ἑνὶ σωφετίμ· βασιλειῶν πρώτη, δευτέρα, παρ' αὐτοῖς ἐν, Σαμουὴλ, ὁ θεόκλητος. βασιλειῶν τρίτη, τετάρτη ἐν ἑνὶ, ἀμμελεχ δαβίδ, ὅπερ ἐστὶ, βασιλεὺς δαβίδ. παραλειπομένων πρώτη, δευτέρα ἐν ἑνὶ, διβρὴ ἀϊαμίμ, ὅπερ ἐστὶ, λόγοι ἡμερῶν. ἔσδρας πρῶτος καὶ δεύτερος ἐν ἑνὶ, ἐζρᾶ, ὅ ἐστι βοηθός. βίβλος ψαλμῶν, σέφερ θιλλίμ. παροιμιῶν παρεμίαι, μισλώθ· ἐκκλησιαστὴς, κωέλεθ. ἆσμα ἀσμάτων, σὶρ ἁσιρίμ· ἡσαΐας, ἰεσαΐα· ἰερεμίας, σὺν θρήνοις, καὶ τῇ ἐπιστολῇ ἐν ἑνὶ, ἰερεμία· δανιὴλ, δανιήλ. ἰεζεκιὴλ, ἰεσεζκήλ. ἰὼβ, ἰὼβ. ἐσθὴρ, ἐσθήρ. ἔξω δὲ τούτων ἐστὶ τὰ μακκαβαϊκὰ, ἅπερ ἐπιγεγραπται Σαρβὴθ Σαρβανεήλ.

C SUnt autem viginti duo libri juxta Hebræos hi: primus qui à nobis Genesis dicitur; ab Hebræis autem ex ipsius libri initio desumpta appellatione vocatur Bresith, quod idem est ac, *In principio.* Exodus deinde, Hebræis Velleſmoth, id est, *Hæc sunt nomina.* Tertius Leviticus, Hebræis Vaicra, id est, *Et vocavit.* Quartus Numeri, Hebræis Hamisphecodim. Quintus Deuteronomium, Hebræis Helle haddebarim, id est, *Hæc sunt verba.* Sextus, Jesus filius Nave, Hebraice Jehosue hen Nun. Septimus, Judices, & Ruth, unico D volumine apud Hebræos cõprehensi, quod appellant Sophetim. Octavus, Regnorum liber primus & secundus: qui apud eos unicum volumen constituunt, quod dicitur Samuel, hoc est, *Vocatus à Deo.* Nonus, Regnorum liber tertius & quartus, quos ipsi etiam in unum volumen redigunt, & Vammelech David indigitant, hoc est, *Et Rex David.* Decimus, Paralipomenon liber primus & secundus, uno apud illos contenti volumine, quod vocant, Dibre hajamim, hoc est, *Verba dierum.* Undecimus, Esdras E primus & secundus, qui apud eos unicum conficiunt librum, quem vocant Esra, id est, *Adjutor.* Duodecimus liber Psalmorum, Hebræis Sepher tehillim. Decimus tertius Proverbia Salomonis, Hebræis Misloth. XIV. Ecclesiastes, Hebræis Coheleth. XV. Canticum Canticorum, Hebræis Sir hassirim. XVI. Esaias, Hebræis Jesaia. XVII. Hieremias cum Lamentationibus & Epistola, in unum compactus volumen, quod ipsi vocant Irmia. XVIII. Daniel, Hebræis Daniel. XIX. Ezechiel apud Hebræos Jeezchel. XX. Job, eodem apud Hebræos nomine insignitus. XXI. Esther, quomodo etiam Hebræi vocant. Extra horum censum sunt libri Maccabæorum, qui inscribuntur, Sarbet Sarbaneel.

EX COMMENTARIO in PSALM. I. vers. 3.

Interprete DIONYSIO PETAVIO.

HUjus loci autoritate freti simpliciores quidam ex fidelibus negant malos Resurrectionis compotes futuros, aut Dei judicio dignandos; neque cujusmodi Resurrectionem, aut quale sibi judicium fingant, aperte satis exprimunt. Ac licet suam de his sententiam aperire videantur, ipsa illos inquisitio convincet, ostendetq; nec quod consequens est, ac cohærens servari ab illis posse, nec Resurrectionis ac judicii modum & rationem intelligi. Igitur si interrogemus, cujusnam sit futura Resurrectio; corporum respondent, quæ nos modo circundant. Instantibus nobis, totius illorum substantiæ, nec ne futura sit; antequam diligenter istud expenderint, totius fore pronuntiant. Quod si nos ad illorum simplicitatem accommodantes, neque quicquam de fluxa ac mutabili corporum natura disputantes, dubitando rursum interrogemus, num unà sanguis ille omnis resurgat, qui secta identidem vena defluxerit, ac quicquid præterea carnis morborum vis absumpserit, nec non & pili omnes qui unquam enati sunt, an ii duntaxat qui sub obitum nostrum efflorverint: nonnunquam ad eam quæstionem offendunt, ac Deo permittendum esse dicunt, ut quidquid voluerit, de ea constituat. Interdum vero vel ut assentiendo, solos illos nobiscum resurrecturos esse pilos asserunt, quos sub vitæ exitum habuerimus. At qui magis inter illos strenui sunt, ne sanguinis copiam omnem, qui ex corporibus nostris plerumque secretus est, itidemque carnem omnem, quæ per morbos in sudorem aut aliam ejusmodi materiam abiit, in unum conferre sua oratione cogantur; qualia sub mortem extiterint, resurgere corpora nostra prædicant.

ΕΝτεῦθεν οἱ ἁπλούστεροι τ̃ πεπιστευκότων ὁμοιώμορον νομίζουσι τὴν ἀσεβεῖς τ̃ ἀναστάσεως μὴ τυγχάνειν, καὶ τ̃ θείας κρίσεως μὴ καταξιοῦσθαι, τί νοοῦντες τὴν ἀνάστασιν, καὶ ποτ' ἐστὶν αὐτῶν τὴ κρίσιν φανταζόμενοι, σαφῶς παρίστασιν. κἂν δόξωσι περὶ τούτων ἀποφαίνεσθαι, ἡ βάσανος αὐτοὺς διελέγξει, τὸ ἐξῆς ἀκολούθως σώζειν τὸ ἀναμφίλογον, μὴ κεκραμένους τὸν περὶ ἀναστάσεως τρόπον· ἐν ὧ πιστεύομεν; ἀποκρίνου ὅτι τῶν σωμάτων, ὧν περικείμεθα νῦν. Εἶτα προσεπερωτήσαντων ἡμῶν, πότερον τ̃ οὐσίας ὅλης αὐτῶν, ἢ ἐχί; πρὶν βασανίσαι λέγουσιν, ὅτι τ̃ ὅλης· ἐὰν δὲ προσαποροῦντες συμπεριφερόμενοι τῇ ἀκεραιότητι αὐτῶν, καὶ ὁπόσον περὶ τ̃ ῥύσιν εἶναι τὴν οὐσίαν ἐξετάζοντες, εἰ συναναστήσεται τὰ ἀπορρυέντα ἐν φλεβοτομίαις αἵματα, καὶ αἱ ἐκπαρεῖσαι ἐν νόσοις σάρκες, καὶ τρίχες πᾶσαι αἱ ποτὲ χρόμεναι ἡμῶν, ἢ μόναι αἱ περὶς τῇ ἐξόδῳ θλιβόμεναι. ὅτε μὲν προσκόπτουσι καὶ τῇ ἀνομίᾳ ἐξετάσει, οἰόμενοι δεῖν ἐπιτρέπειν τῷ θεῷ ὃ βούλεται περὶ τούτων ποιεῖν. ὅτε δὲ δοκοῦντες συγκαταβαίνειν, τὰς ἐπὶ τέλει ταύτης τ̃ ζωῆς τείχας φασὶν ἡμῶν σωθησομένας· οἱ δὲ χρηματότεροι αὐτῶν, ἵνα μὴ ἀναλίσκωσι τὰ αἵματα σωζόμενα τῷ λόγῳ, τὰ πολλάκις ἀποκεκριμένα τ̃ σωμάτων ἡμῶν, καὶ τὰς μεταβαλλούσας σάρκας ἐν νόσοις, ἰσχνώσεις ἢ ὄιαν διήποτε ὕλην, φασὶ τὰ ἐπὶ τέλει ἡμῶν ἀνασταθησόμενα σώματα.

Ps. 4. 6. Ex Tomo in quartum Psalmum, ad illa verba:

Multi dicunt, quis ostendet nobis bona?

Ἐκ τ̃ τόμου τ̃ εἰς τὸν δ'. ψαλμόν· εἰς τὸ· πολλοὶ λέγουσι· τίς δείξει ἡμῖν τὰ ἀγαθά·

Interprete JOANNE TARINO.

CUm in magna controversia & contentione versetur, quænam bona & quænam mala sint; & nonnulli affirment, nec bona, nec mala, arbitraria esse; utpote qui voluptatem bonam, malum vero id quod molestum est, pronuntient: alii vero in iis solis quæ libere suscipiuntur bona & mala includant; & virtutes quidem earum-

ΠΟλλῆς δὲ τῆς ἀνθρώποις ζητήσεως τυγχανούσης περὶ τοῦ, τίνα τὰ ἀγαθὰ, καὶ τίνα τὰ κακὰ, καὶ τινῶν μὲν ἀποφαινομένων αἱρετὰ εἶναι λεγόντων τὰ ἀγαθὰ καὶ τὰ κακὰ, ὡσπερεὶ τὴν ἡδονὴν ἀγαθὸν ἀποφαινομένων, κακὸν δὲ τὸν πόνον, ἑτέρων δὲ ἐν μόνοις τοῖς αἱρε-

αιρετικοῖς κατακλειόντων τὰ ἀγαθὰ καὶ τὰ κα-
κά, καὶ τὰς μὲν ἀρετὰς, καὶ τὰς κατ' αὐτὰς
πράξεις μόνας ἀγαθὰ λεγόντων. τὰς δὲ κα-
κίας καὶ τὰς κατὰ κακίαν ἐνεργείας κακά· τρί-
των δὲ ὄντων τῶν μιγνύντων, καὶ ἅμα ἐν προ-
αιρετικοῖς ἢ ἀποαιρέτοις λεγόντων εἶναι τὰ ἀ-
γαθὰ, καὶ τὰ κακά· Εἰκότως * ὑπὲρ τῶν πιθα-
νοτήτων περιελκόμενοι οἱ πολλοὶ τῶν πιστεύοντων
* φιλομαθοῦντες, εἰς τὸν περὶ ἀγαθῶν τόπον
λέγοιεν ἀν τὸ· τίς δείξει ἡμῖν τὰ ἀγαθά; ὅτι
μὲν οὖν ἐν προαιρετικοῖς ἐστιν ἡ τῶν ἀγαθῶν
φύσις, πᾶς ὁστισοῦν ἀποδεχόμενος τὸν περὶ
κρίσεως * λόγον, * ἀδιδάκτως ὁμολογήσαι
ἀν· ἀγαθὸν γάρ φησιν εἶναι, ἐφ' ᾧ ἀκούτε-
ταί τις τὸ. εὖγε ἀγαθὲ δοῦλε καὶ πιστὲ, ἐπὶ ὀλίγα
ἦς πιστὸς, ἐπὶ πολλῶν σε καταστήσω. εἴσελθε εἰς
τὴν χαρὰν τοῦ κυρίου σοῦ· ἀγαθὸν δὲ τὸ ἀπὸ τοῦ ἀ-
γαθοῦ ἀνθρώπου ἐκ τῆς καρδίας αὐτοῦ προφερό-
μενον, ὡς ὁ σωτὴρ φησιν· ὁ ἀγαθὸς ἄνθρωπος
ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ θησαυροῦ τῆς καρδίας αὐτοῦ προ-
φέρει τὰ ἀγαθά· καὶ ἁπαξαπλῶς πᾶς καρ-
πὸς δένδρου ἀγαθοῦ προαιρετικὸς ὤν, * ἀγα-
θόν ἐστιν. ὡς ἀγάπη, καὶ εἰρήνη, καὶ χαρὰ, καὶ
μακροθυμία, χρηστότης τε καὶ ἀγαθωσύνη,
πίστις, καὶ πραότης, καὶ ἐγκράτεια· τὰ δὲ ἐναντία
τούτοις κακά. * εἰ δὲ καὶ μετὰ τὴν τοῦ χριστοῦ δι-
δασκαλίαν ἐστί τι ἀγαθὸν, καὶ κακὸν, καὶ ἐν ἀπρο-
αιρέτοις ζητητέον· κἂν ᾖ δέ τι κακὸν ἢ ἀγαθὸν ἐν
ἀποαιρέτοις, ὡς ὕστερον ἐξετάσαντες τάχα
δείξομεν· ἀλλ' οὔτι γε τὰ ἀπὸ τῶν μιγνύντων
τοῖς προαιρετικοῖς τὰ ἀποαίρετα λεγόμενα,
ἀγαθὰ ἂν εἴη καὶ κακά. ἐκεῖνοι γὰρ οἴονται τῶν
ἀγαθῶν τὰ μὲν εἶναι περὶ ψυχὴν, τὰ δὲ περὶ
σῶμα, τὰ δὲ ἐκτός. ὁμοίως δὲ καὶ τῶν κακῶν. καὶ
περὶ ψυχὴν μὲν, ἀρετὴν, καὶ τὰς κατ' ἀρε-
τὴν πράξεις· ἢ κακίαν, καὶ τὰς κατὰ κακίαν
πράξεις· περὶ σῶμα δὲ, ὑγείαν, καὶ εὐεξίαν,
καὶ κάλλος· ἢ νόσον, καὶ καχεξίαν, καὶ αἶσχος·
περὶ τὰ ἐκτὸς δὲ, πλοῦτον καὶ πενίαν, δόξαν
καὶ ἀδοξίαν, εὐγένειαν καὶ δυσγένειαν· οἰήσον-
ται δέ τινες καὶ κατὰ τὰς γραφὰς ὁμοίως τρία
γένη εἶναι τῶν ἀγαθῶν, καὶ τρία τῶν κακῶν. τὰς
γὰρ ἀρετὰς καὶ τὰς κακίας προσιέμενοι εἶναι
ἀγαθὰ καὶ κακὰ μετὰ τὰ ὁμολογούμενα καὶ
ὑφ' ἡμῶν ἐν ἀρετῇ, καὶ κακίᾳ, καὶ ταῖς κατ' αὐτὰς πράξεσι, χρήσονται ῥητοῖς, καὶ τὰ
σωματικὰ, καὶ τὰ ἐκτὸς δῆθεν ἀποφαινομένοις ἀγαθὰ, ἢ κακὰ τυγχάνειν· καὶ περὶ
μὲν ἀρετῶν καὶ κακῶν τί δεῖ λέγειν, τῶν ἠθικῶν * πραγμάτων διδασκόντων δεῖν ἡμᾶς
μὲν αἱρεῖσθαι δικαιοσύνην, καὶ φρόνησιν, καὶ σωφροσύνην, καὶ ἀνδρίαν, καὶ τὰς
κατ' αὐτὰς πράξεις· ἐκκλίνειν δὲ τὰ τούτοις ἐναντία· διόπερ οὐ χρεία παραδειγ-
μάτων εἰς τὰ παρὰ τῶν προαιρετικῶν ἀγαθά· σωματικὰ δὲ καὶ ἐκτὸς ἀγαθὰ,

A credidissent & Christo docenti consectatium esse credentibus Moysi & Prophetis, credere & Christo; & non credentibus Christo, Moysi non credere. Præterea autē quemadmodum per transgressionem Legis qui peccat, Deo dicitur dedecus inferre; ita non credendo iis quæ prædicuntur, ignominia affeitur Propheta ab eo qui prophetiis fidem non adhibet. Utile autem fuerit juxta historiam referre quæ in populo passus est Jeremias, de quibus dixit: *Et dixi; Non loquar, neque nominabo nomen Domini,* Ier. 20. 9.

B Et rursus alibi: *Perpetuo subsannatus sum.* Ier. 20. 7. Quæcunq; vero jubente Rege Israelis tunc temporis regnante passus est, in ejus Prophetia scripta sunt. Nonnullos etiam è populo ad Mosen lapidibus obruendum sæpe accessisse, id etiam scriptum est: & patria quidem illi erat, non alicujus loci lapides, sed qui secutus est eum populus, à quo & ipse ignominia affectus est. Isaiam quoque serra dissectum fuisse traditum est. Si quis vero historiam hanc non admittat, quod ea in apocrypho Isaia referatur, iis credat quæ in Epistola ad Ebræos ita scripta sunt: Heb. 11. 37.

C *Lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt*: illud enim, *secti sunt*, ad Isaiam refertur: quemadmodum illud: *In occisione gladii mortui sunt*, ad Zachariam occisum *inter templum & altare*, sicut Servator docuit; testimonio suo, opinor, confirmans Scripturam in communibus quidem & publicis libris non divulgatam; in apocryphis autem libris, uti verisimile est, extantem. In sua autem patria à Judæis dedecore affecti sunt, *& circumeuntes in melotis, & pellibus caprinis, egentes, angustiati*, & quæ sequuntur. Quicunque enim pie vivere volunt in Christo Jesu, persecutionem patientur. Probabile est autem hujusce rei gnarum Paulum, Prophetam scilicet in sua patria honore carere, cum multis in locis Verbum prædicaverit, Tarsi non prædicasse. Et Apostoli propterea Israël reliquerunt, & Servatoris mandatum facessiverunt: *Docete omnes Gentes*; & illud: *Eritis mihi testes in Ierusalem, & in omni Iudæa, & Samaria, & usque ad ultimum terræ.* Executi sunt igitur mandatum in Judæa & Jerusalem; sed quoniam Propheta in sua patria honorem non habet, cum Verbum Judæi non admitterent, ad Gentes abierunt. Animadverte autem an possis, propter id: *Effundam Spiritum meum super omnem carnem, & prophetabunt*, dicere fuisse illud completum, post adventum Servatoris, in Ecclesiis è Gentibus conflatis; quoniam qui prius de mundo erant, & pro-

Matth. 28. 19. Act. 1. 8. Ioel. 2. 28

pterea quod crediderint, facti sunt non amplius de mundo, in sua patria, mundo videlicet, Sanctum Spiritum recipientes, & prophetantes, honorem non habent, sed dedecorantur. Propterea beati sunt qui similia patiuntur ac Prophetæ, juxta id quod
Luc. 6. 23. dicitur à Servatore: *Secundum hæc enim faciebant Prophetis patres eorum.* Qui autem ad hæc diligenter attendet, si propterea quod rigidiorem vitam ducit, peccantesque increpat, in odium incurrit, insidiisque petitur, utpote qui persecutionem propter justitiam patitur, probrisque lacessitur, non dolebit, quin potius gaudebit, & exultabit, sic animum inducens, propter hæc mercedem se multam in cœlis ab eo recepturum, à quo Prophetis fuit assimilatus, quod hæc passus fuerit. Dedecorari igitur oportet in mundo, & à peccatoribus vitam justi graviter ferentibus, eum qui vitam Propheticam
Matth. 13. 58. imitatur, & Spiritum qui in Prophetis est, accepit. Deinde videre licet illud: *Non fecit ibi virtutes multas propter incredulitatem illorum.* Per illa autem docemur, virtutes in credentibus factas fuisse, quandoquidem,
Matth. 13. 12. *Omni qui habet, dabitur, & abundabit:* incredulis autem non modo non egisse virtutes; sed quemadmodum scripsit Marcus, nec potuisse agere. Animum enim adverte
Marc. 6. 5. ad illud: *Et non poterat ibi virtutem ullam facere:* non enim dixit, *nolebat*, sed, *non poterat:* tanquam in virtutem agentem adveniret adjumentum ex illius fide in quem virtus agebat; impediretur autem ab incredulitate, quo minus ageret. Nota autem quæ-
Matth. 17. 18. 19. rentibus: *Quare non potuimus ejicere illud?* dixisse illum: *Propter incredulitatem vestram:* & Petro jamjam mergi cœpto dictum esse; *Modicæ fidei quare dubitasti?* Sed &
Matth. 14. 31. quæ sanguinis profluvio laborabat, non sanari postulans, sed tantum cogitans, si tangeret fimbriam vestimenti illius, futurum ut sanaretur; statim sanata est, & sanationis hanc fuisse rationem ipse Servator agno-
Luc. 8. 45. scit dicens: *Quis me tetigit? nam ego novi virtutem de me exisse.* Et forsitan quemadmodum in corporibus inest quibusdam ad quædam naturalis attractio, quemadmodum lapidi Magnesio ad ferrum, & ei quod Naphtha appellatur ad ignem, ita tali fide ad virtutem: juxta quod & illud dictum est:
Matth. 17. 20. *Si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis monti huic; Transi hinc illuc, & transibit:* Optime vero videntur mihi Matthæus & Marcus excellentiam divinæ virtutis exponere volentes, quæ & in incredulitate quidem valet, sed non tantum valet, quantum in fide eorum qui beneficiis afficiuntur, di-

A μῶν οὐκέτι ἐν τῷ κόσμῳ, ἐν τῇ ἰδίᾳ πατρίδι, τῷ κόσμῳ, ἅγιον πνεῦμα λαβόντες, καὶ προφητεύοντες, τιμὴν οὐκ ἔχουσιν, ἀλλὰ ἀτιμάζονται· διὸ μακάριοί εἰσι τὰ αὐτὰ τοῖς προφήταις παθόντες, κατὰ τὸν αὐτὸν δὲ Σωτῆρος λεγόμενον. κατὰ ταῦτα γὰρ ἐποίουν τοῖς προφήταις οἱ πατέρες αὐτῶν· τοῖς δέ πως ἐμμελῶς προσέχων, εἰ διὰ τὸν παῦρον αὐτῶν βίον, καὶ ἐλέγχων τὰς ἁμαρτάνοντας, μισεῖται, καὶ παρασκολοῦθεῖ,
B ὡς διωκόμενον, καὶ ὀνειδιζόμενον ἕνεκεν δικαιοσύνης, οὐ μόνον οὐ λυπηθήσεται, ἀλλὰ καὶ χαρήσεται, καὶ ἀγαλλιάσεται, πειθόμενον διὰ ταῦτα μισθὸν ἔχειν πολὺν ἐν τοῖς οὐρανοῖς παρὰ τὸν ὅμοιόν σφισι τοῖς προφήταις, ἐπὶ τοῖς ταῦτα πεπονθέναι· ἀτιμάζεσθαι οὖν ἐν τῷ κόσμῳ καὶ δεῖ τοῖς ἁμαρτάνουσι βαρυμένοις τὸν βίον δικαίως χρὴ, τὸν ζηλωτὴν βίον προφητικὸν καὶ χωρήσοντα τὸ ἐν αὐτῷ πνεῦμα· ἔξεστιν ἰδεῖν δέ. οὐκ ἐποίησεν ἐκεῖ δυνάμεις πολλὰς διὰ τὴν ἀπιστίαν αὐτῶν· διὰ τούτων δὲ διδα-
C σκόμεθα, ὅτι αἱ δυνάμεις ἐν τοῖς πεπλεῦσιν ἐγίνοντο, ἐπειπόντι τῷ ἔχοντι δοθήσεται καὶ πεπλευσθήσεται, ἐν ἀπίστοις δὲ μόνον οὐκ ἐνήργουν αἱ δυνάμεις, ἀλλ' ὡς ὁ μὲν ἔχων ἀνεγεγραφὼς ἐδύνατο ἐνεργεῖν· προσῆκεν γὰρ τῷ. οὐκ ἐδυνάτο ἐκεῖ δέησιν ποιῆσαι δυνάμεως. ἐν γὰρ εἶπεν, οὐκ ἤθελεν, ἀλλ', οὐκ ἠδυνάτο, ὡς ἐχομένης μὲν ἔτι τὴν ἐνεργοῦσαν δύναμιν συμπράξεως τοῦ πίστεως ἐκείνης εἰς ὃν ἐνεργεῖ ἡ δύναμις, κωλυομένης δὲ ἐνεργεῖν τοῦ τῆς
D ἀπιστίας· ὅρα δὲ πῶς ὅτι προσὼν τὸν εἰπόντα· διὰ τί οὐκ ἠδυνήθημεν ἐκβαλεῖν αὐτό; εἶπε. διὰ τὴν ὀλιγοπιστίαν ὑμῶν. καὶ προσὼν τὴν ἐξαμένην καταπονίζεσθαι πέτρον λέλεκται. ὀλιγόπιστε εἰς τί ἐδίστασας; ἀλλὰ καὶ αἱμορροοῦσα μηδὲν ἀξιώσασα εἰ τῆς θεραπείας, ἀλλὰ μόνον λογισαμένη ἐὰν ἅψωμαι τοῦ κρασπέδου τοῦ ἱματίου αὐτοῦ, ὅτι ἰαθήσεται, ἰαθὲν ἔσχε χρῆμα, καὶ ὁμολογεῖ τῷ τρόπῳ τῆς ἰάσεως
E ὁ σωτὴρ λέγων· τίς μου ἥψατο; ἐγὼ γὰρ ἔγνων δύναμιν ἐξελθοῦσάν ἀπ' ἐμοῦ· καὶ ἴσχα ὡσπερ ἐπὶ τῶν σωμάτων ἐστί πως προς φυσικὴ ὁλκὴ, ὡς τῇ μαγνησίᾳ λίθῳ προσὸν σίδηρον, καὶ τῷ καλουμένῳ νάφθα πρὸς πῦρ, οὕτως τῇ τοιᾶδε πίστει πρὸς θείαν δύναμιν. καθὸ ἔφημεν καὶ δέ. ἐὰν ἔχητε πίστιν ὡς κόκκον σινάπεως, ἐρεῖτε τῷ ὄρει τούτῳ· μεταβηθι ἔνθεν ἐκεῖ, καὶ μεταβήσεται· ἀκολούθως δὲ δοκεῖ μοι ὁ μα-

θητὴς, καὶ ὁ μάρκος τὸν ὑπερέχοντα θείας δυνάμεως προσῆκαι ἐκλόμενοι, ὅτι καὶ ἐν ἀπιστίᾳ δύναται, ἀλλ' οὐκ ἔστι πλεῖον δύναται, ὅσον δύνανται ἐν πίστει τῇ τῶν ἐνεργεσμένων ἐμπ-

ἐρηκέναι, ἀχ' ὅτι οὐκ ἐποίησε δυνάμεις διὰ
τὴν ἀπιστίαν αὐτῶν, ἀλλ' οὐκ ἐποίησεν ἐκεῖ
δυνάμεις πολλάς· καὶ ὁ μὲν εἰπὼν ὅτι οὐκ εἶπεν ὅτι
οὐκ ἐδυνάτο ἐκεῖ ἀδεμίαν ποιῆσαι δύναμιν,
καὶ ἔστι πρὸς τοῦτο, ἀλλὰ προσέθηκεν, εἰ μὴ
ὀλίγοις ἀρρώστοις ἐπιθεὶς τὰς χεῖρας ἐθεράπευσε, νικώσης τὸν ἐν αὐτῷ δυνάμεως καὶ ἕνεκα τῆς ἀπιστίας· δοκεῖ δέ μοι ὅτι ὥσπερ ἐπὶ τῶν σωματικῶν, ὅτε αὐτόθεν γεωργία πρὸς
συγκομιδὴν καρπῶν, ἐὰν μὴ τὸ * περιέχον
μῶν εἰς ἕν συνεργῇ. μᾶλλον δὲ τὸ περιέχον
ποιόν τι ὁποῖα βούλεται ὁ κόσμος, καὶ ποιῶν αὐτὸ ὁποῖον θέλει. ὅτε τὸ περιέχον χωρὶς γεωργίας, μᾶλλον δὲ ὁ γεωργὸς ἀ ποιήσας δύναται ἐπιτελεῖν ἀπὸ τῆς γῆς τὰ ἀπὸ τῆς γῆς ἀνατέλλοντα χωρὶς γεωργίας, ἅπαξ γὰρ ἔτι πεποίηκεν ἐν τῇ· βλαστησάτω ἡ γῆ βοτάνην χόρτου σπεῖρον σπέρμα κατὰ γένος καὶ καθ' ὁμοιότητα. οὕτω δὲ ὅτε τὰ ἐνεργήματα τῶν δυνάμεων χωρὶς πίστεως τῶν θεραπευομένων τὸ αὐτοτελὲς ἔργον ἐπιδείκνυται πρὸς ἴασιν, εἰ μὴ πίστις ὁποία ποτ' αὐτὴ χωρὶς τὸ θείας δυνάμεως. ὅτε γεγραμμένον ὂν περὶ σοφίας ἁρμόσεις καὶ τῇ πίστει, καὶ ταῖς ἀρεταῖς κατ' εἶδος, ὥστε δεῖν ποιῆσαι λόγον. κἂν γάρ τις ᾖ τέλειος ἐν πίστει ἐν τοῖς ἀνθρώποις, τὸ ἀπὸ σου δυνάμεως ἀπέστης, εἰς οὐδὲν λογισθήσεται), ἢ τέλειος τῇ σωφροσύνῃ, ὡς ἐν τοῖς ἀνθρώποις, τὸ ἀπὸ σου σωφροσύνης ἀπέστης, εἰς οὐδὲν λογισθήσεται. ἢ τέλειος ἐν δικαιοσύνῃ, ὡς ταῖς λοιπαῖς ἀρε-
τὸ ἀπὸ σου δικαιοσύνης *, καὶ τῶν ἀπὸ σου
λοιπῶν ἀρετῶν, εἰς οὐδὲν λογισθήσεται). ὅθεν·
μὴ καυχάσθω ὁ σοφὸς ἐν τῇ σοφίᾳ αὐτοῦ, μηδὲ
ἰσχυέτω ἐν τῇ ἰσχύι αὐτοῦ. τὸ γὰρ καυχήσεως ἄξιον, οὐχ ἡμέτερον, ἀλλὰ δωρεὰν ἐστι θεοῦ, ἢ ἀπ' αὐτοῦ σοφία, καὶ ἡ ἀπ' αὐτοῦ ἰσχύς. καὶ ἕτερα τὰ λοιπά· ἐν ἐκείνῳ τῷ καιρῷ ἤκουσεν Ἡρῴδης ὁ τετράρχης τὴν ἀκοὴν Ἰησοῦ, καὶ εἶπε τοῖς παισὶν αὐτοῦ. οὗτός ἐστιν Ἰωάννης ὁ βαπτιστής. ἀπὸ τῶν μάρκου ἕτως, καὶ ἀπὸ τοῦ λουκᾶ ἕτως. διαφόρους δόξας εἶχον οἱ ἰουδαῖοι, τινὰς μὲν ψευδεῖς, οἵας ἐφρόνουν οἱ σαδδουκαῖοι περὶ ἀναστάσεως νεκρῶν, ὡς οὐκ ἐγειρομένων, καὶ περὶ ἀγγέλων ὡς οὐκ ὄντων ἀρχόντων, ἀλλὰ τροπολογουμένων τὰ περὶ αὐτῶν ἀναγεγραμμένων μόνον, καὶ μηδένως πρὸς τὴν ἱστορίαν ἀληθῆς ἐχόντων. ἑτέρας δὲ ὡς ἀληθεῖς, ὡς περὶ ἀναστάσεως νεκρῶν, ὅτι ἐγείρον) ἐδίδασκον οἱ φαρισαῖοι. τοῦτο ζητούμενον καὶ τὸν τόπον ἐστὶν, εἰ τοιαύτη τις
λῶν περὶ ψυχῆς δόξα, ὃν ἐφρόνει ἡρῴδης ἐσφαλμένως, καὶ τινες τῶν ἀπὸ ἕλλαδος, ὅτι ὁ περὶ
ὀλίγα ἀναγεγραπται τῶν αὐτοῦ ἰωάννης, ἀνέστη ἀπὸ τῶν νεκρῶν μὴ τὸν ἀποκεφαλισθῆναι,

Axisse, non hunc virtutes non fecisse, propter eorum incredulitatem, sed non fecisse ibi virtutes multas. Et Marcus non dixit, non potuisse ibi ullam facere virtutem, & ibi subsistit, sed adjecit: *Nisi paucos infirmos impositis manibus curavit*, virtute quæ in illo erat, incredulitatem superante. Videtur autem mihi, quod sicut in rebus corporeis, neque sufficit agricultura ad fructuum collectionem, nisi circumfusus aër ad id conferat, vel potius is qui aërem certa qualitate instruit, eumque qualem vult, facit: neque aer sine agricultura, vel potius is qui providet, non facit ut ea quæ oriuntur è terra, sine agricultura oriantur: id enim semel fecit his verbis: *Germinet terra herbam virentem, & facientem semen juxta genus suum & similitudinem*: ita neque operationes virtutum, absque eorum qui sanantur fide, absolutum opus ad sanitatem conferendam edunt; neque fides: qualiscunque tandem illa sit, sine divina virtute. Ac id quidem quod de sapientia scriptum est, accommodabis & fidei, & virtutibus speciatim sumptis, ita ut talia dicas: *Nam & si quis erit consummatus in fide inter filios hominum, si ab illo abfuerit virtus tua, in nihilum computabitur*: aut consummatus in temperantia, quantum quis inter filios hominum esse potest, si abfuerit temperantia tua, in nihilum computabitur: aut consummatus in justitia & reliquis virtutibus, si abfuerit justitia tua, & reliquæ virtutes, in nihilum computabitur. Unde: *Non glorietur sapiens in sapientia sua, nec fortis in fortitudine sua*: nam quod gloriatione dignum est, nostrum non est, sed donum Dei est; ab illo est sapientia; ab illo est robur; & sic reliqua. *In illo tempore audivit Herodes Tetracha famam Iesu: Et ait pueris suis: Hic est Iohannes Baptista.* Ita apud Marcum, ita & apud Lucam. Variæ fuerunt Judæorum opiniones; aliæ quidem falsæ, quales amplexi sunt Sadducæi de mortuorum resurrectione, quasi qui non resurgant; & de Angelis, quasi qui minime existant, sed tanquam quæ de iis scripta sunt ad tropologiam solum pertineant, ad historiæ autem veritatem nullo modo: aliæ autem veræ, quemadmodum Pharisæi de resurrectione mortuorum agentes, resurgere illos docuerunt. Quod igitur hoc loco quæritur, illud est, an talis esset quæpiam Herodis & nonnullorum è plebe de anima falsa quidem sententia, quod ille videlicet Johannes, quem paulo ante ipse interfecerat, postquam capite truncatus est, à mortuis surrexerit, idemque esset, aliud

Marc. 6.5.

Gen. 1, 11.

Sap. 9.6.

Ier. 9.23.

Matth. 14.1

Marc. 6.14

Luc. 9.7.

nomen usurpans, nuncque dictus Jesus, errundemque virtutum capax, quæ in Iohanne prius operabantur. Quam igitur probabilitatem habet, cum qui ita esset universo populo notus, & in tota Judæa celebris, quem fabri & Mariæ filium esse, & tales habere fratres & sorores dicebant, non alium existimari à Johanne, cui pater Zacharias fuit, mater Elizabet, nec ipsi quidem ignobiles in populo? Veri autem simile est populum ita de Johanne sentientem, prophetam revera illum fuisse; cujus populi ea erat multitudo, ut Pharisæi, ne quid populo minus gratum dicere viderentur, respon-

Matth. 12. 4. dere veriti sint, *an illius Baptismus è cælo esset, an ex hominibus*, filium illum Zachariæ esse non ignorasse. Fortasse etiam ad nonnullos ex iis visio illa Zachariæ visa, cum in Templo apparuit Gabriel, pervenerat: Quam ergo probabilitatem habet error, sive Herodis, sive quorundam è plebe, qui putaverint non duos fuisse Iohannem & Iesum, sed unum eundemque Iohannem, qui post amputatum caput, è mortuis resurgens Iesus appellatus sit? Dixerit vero quispiam falsæ illi de corporum permutatione sententiæ Herodem, & è plebe nonnullos adhæsisse, qua adducerentur ut crederent hunc olim Iohannem fuisse, cum nasceretur, & è mortuis remeasse ad vitam, tanquam Iesum: sed quo minus falsa ea opinio probabilis habeatur, impedimento est tempus non sex mensibus longius, quod ortum Iohannis & Iesu intercessit. Fortasse vero sic existimabat potius Herodes, virtutes quæ in Iohanne operatæ fuerant, in Iesum transfisse, unde Iohannes Baptista esse credebatur in populo: Et tali quispiam utatur argumento; quemadmodum propter spiritum & virtutem Eliæ, non propter ejus

Matth. 11. 14. animam, de Iohanne scriptum est: *Ipse est Elias qui venturus est*, quod spiritus & virtus quæ erant in Elia, in Iohannem transiissent; sic existimabat Herodes, virtutes quæ erant in Iohanne, in Iohanne quidem ea fuisse operatas, quæ ad Baptismum & doctrinam pertinebant: *Iohannes enim signum*

Ioh. 10, 41. *fecit nullum*; in Iesu autem prodigiosas virtutes. Hoc idem eos existimasse dicet quispiam, qui dixerunt, *quia Elias in Iesu apparuit*,

Luc. 9. 8. vel *Propheta unus de antiquis surrexit*. Nullo modo autem ad hanc quæstionem pertinet eorum opinio, qui dixerunt *quia Ie-*

Marc. 6. 25 *sus Propheta erat quasi unus ex Prophetis*. Falsus itaque est sermo de Iesu, sive is qui Herodis fuisse scriptus est, sive ille qui ab aliis fuit prolatus. Verum longe mihi vide-

A καὶ ἰῶ αὐτὸς ἑτέρῳ ὀνόματι χρώμενος, καὶ καλούμενος νῦν ἰησοῦς, δεκτικὸς τῆς * αὐτῆ δυνάμεων, αἳ πρότερον ἐνήργουν ἐν τῷ ἰωάννῃ. πόσον ἓν ἔχει πιθανότητα τὸ ὑπὸ τοσοῦτον γνώριμον παντὶ λαῷ, καὶ διαβόητον ἐν ὅλῃ τῇ ἰουδαίᾳ, ὃν ἔλεγον υἱὸν εἶναι ξυλοτέκτονος καὶ μαρίας, καὶ ἀδελφοὺς ἔχειν τοιούσδε, ὧν ἀδελφὰς, νομίζεσθαι εἶναι ἐξ ἑτέρου ἰωάννου, ᾧ πατὴρ ἰῶ ζαχαρίας, καὶ μήτηρ ἐλισάβετ, ὃς οὐδὲ ἀσημοι ἐν τῷ λαῷ; εἰκὸς δὲ ὅτι ὁ λαὸς φρονοῦντες B περὶ ξ ἰωάννου, ὅτι ὄντως προφήτης ἰῶ, καὶ θεοῦ τυγχάνοντες, ὡς φοβεῖσθαι τὰς φαρισαίους, διὰ τὸ μὴ δυσάρεστον δοκεῖν τῷ λαῷ λέγειν, ἀποκεκινεῶσθαι, πότερον ἐξ ἑρανοῦ ἰῶ, ἢ ἐξ ἀνθρώπων τὸ βάπτισμα αὐτοῦ, ἐξηγόρευον γὰρ αὐτὸν τυγχάνειν ζαχαρίου. τάχα δὲ καὶ εἰς τινας ἐφθασεν αὐτῆς ἡ τῆς ἐφαμίλης ὀπασίας ἐν τῷ ναῷ, φάντος τοῦ ζαχαρίου ἐν γαβριήλ· ποίαν δὴ ἓν ἔχει πιθανότητα ἢ ξ ἐστε ἡρώδου, ἐστε τινων ἀπὸ ξ λαοῦ ἀπάτη, C πρὸς τὸ νομίσαι ὅτι ὁ δύο τινες γεγόναμεν ὁ ἰωάννης, καὶ ὁ ἰησοῦς, ἀλλ' εἷς καὶ ὁ αὐτὸς ὢν ἰωάννης ἀνασὰς μὴ τὸ ἀποκεφαλισθῆναι ὑπὸ τῶν νεκρῶν, ἐκλῆθη ἰησοῦς; λέγοι δ' ἄν τις τὴν τοῦ μετενσωματώσεως ψευδοδοξίαν γεγονέναι ὑπὸ τῆ ἡρώδῃ ἐ τισι τῶν ὑπὸ ξ λαοῦ, ἀφ' ἧς ὠήθη τὸν ποτε ἰωάννην ὑπὸ ἡρώδου ἡρέσθαι, ἐκ νεκρῶν ἐληλυθέναι εἰς τὸν βίον ὡς ἰησοῦν. ἀλλ' ὁδὲ ταύτῃ τῇ ψευδοδοξίᾳ πιθανὸν ἐνομισθῆναι ὁ μεταξὺ χρόνος τῆ ἡρώδου καὶ ἰησοῦ, ὃ πλειόνων μηνῶν ἐξ τυγχάνων· τάχα δ' μᾶλλον τοιαύτη τις ὑπόληψις ἰῶ ὑπὸ τῆ ἡρώδῃ, ὅτι αἱ ἐνεργήσασαι δυνάμεις ὑπὸ τῆ ἰωάννῃ, μεθέσησαν ἐπὶ τὸν ἰησοῦν, ἀφ' ὧν ἰωάννης βαπτιστὴς εἶναι πεπίστευτο ὑπὸ τοῦ λαοῦ· καὶ χρήσαιτό τις ἐπιχειρήματι τούτῳ, ὥσπερ διὰ τὸ πνεῦμα καὶ τὴν δύναμιν ἠλίου, καὶ διὰ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, φασὶ ἰωάννην λέγειν· αὐτός ἐστιν ἠλίας ὁ μέλλων ἔρχεσθαι, ξ ἐν ἠλίᾳ πνεύματος, ἐ τὸν ἐκείνου δυνάμεως μετελθυθῶν ἐπὶ τὸν ἰωάννην, ἔτως ᾤετο ὁ ἡρώδης τὰς ἐν ἰωάννου δυνάμεις, ἐν μὲν τῷ ἰωάννῃ ἐνεργηκέναι τὰ ξ βαπτίσματος, ἐ τὰ διδασκαλίας, ἰωάννης γὰ ἐποίησε σημεῖον ὀδὲ ἓν. ἐν ᾧ τῷ ἰησοῦ τὰς τερασίας δυνάμεις· τὸ δὲ ὁμοίων τις φήσει ὑπειληφέναι τὸν ἑρμηκόλαν ἠλίαν πεφηνέναι ἐν τῷ ἰησοῦ, ἢ προφήτην ἕνα τῆ δρυμα τ ἑρμηκότων ὅτι προφήτης ὡς εἷς τ προφητῶν ἰῶ ἰησοῦς. ψευδὴς μὲν ἓν ὁ ξ ἐστε ἡρώδου λόγος· δεῖ ξ ἰησοῦ ἐστν ἀναγχαίων ἐγηγέρθαι· ὀδὲν ᾧ ζητήσεως ἔχει γραμμάτως, ἐστε ὁ τῶν τινων ἑρμηκότος. πλὴν δοκεῖ μοι μᾶλλον ἔχειν πιθανότητος τ ἀναλογον

λογον τῷ ἐν πνεύματι καὶ δυνάμει Ἠλίου θεω-
ηλυθέναι τὸν Ἰωάννην, ὡς νυῦ ὑπονοεμένοις
περὶ Ἰωάννου καὶ Ἰησοῦ ταῦτα τούτων· ἐπεὶ ὃ πρῶ-
τον ἐμάθομεν ὅτι μὴ τὸν πειρασμὸν ὁ σωτὴρ ἀ-
νέσας ** τὰ περὶ δ' Ἰησοῦ, πέμψας δύο τῶν
μαθητῶν αὐτοῦ, εἶπεν αὐτῷ· σὺ εἶ ὁ ἐρχόμενος,
ἢ ἕτερον προσδοκῶμεν; καὶ τέλος ἀπαξα-
πλῶς, ὅτι ἡρῴδης εἶπε περὶ Ἰησοῦ, ὅτι αὐτός ἐστιν
Ἰωάννης ὁ βαπτιστὴς, αὐτὸς ἠγέρθη ἀπὸ τῶν
νεκρῶν, ἐδαμόθεν ὃ προεγνωμεν τὸν τρόπον τῆς
ἀναιρέσεως δ' βαπτιστοῦ, διὰ δὲ νυῦ καὶ δι'
ὀλίγα ἐγράψεν ὁ ματθαῖος, καὶ ὁ μάρκος ὃ
αὐτῷ παραπλησίως. ὁ δ' λουκᾶς τὰ πολλὰ τῶν
αὐτῶν τούτοις παρεσιώπησεν ἰσομοίως· ἔχει δ' ὕ-
τως ἡ δ' ματθαίου λέξις. ὁ γὰρ ἡρῴδης κρατή-
σας τὸν Ἰωάννην ἔδησεν αὐτὸν ἐν τῇ φυλακῇ·
ἐκ τούτ' ὤμην δοκεῖ μοι ὅπερ ὁ νόμος καὶ οἱ
προφῆται μέχρι Ἰωάννου, μεθ' ὃν ἔληξεν ἡ
προφητικὴ ἀπὸ Ἰουδαίων χάρις. ὕτως ἡ τῶν
βασιλευσάντων ἐν τῷ λαῷ ἐξουσία μέχρι δ'
ἀναιρεῖν τοὺς νομιζομένους ἀξίους θανάτου αὐτοῖς
ὑπῆρχεν, ἕως Ἰωάννου ἦν, καὶ ἀναιρεθέν-
τος δ' τελευταῖος τῶν προφητῶν θανάτου
ὑπὸ Ἡρῴδου, ἀφῃρέθη ὁ Ἰουδαίων βασιλεὺς
τὸ ἀναιρεῖν ἐξουσίας· εἰ γὰρ μὴ ἀφῃρέθη
αὐτῷ ὁ ἡρῴδης, οὐκ ἂν ἐδίκασεν ὁ πιλάτος τὸν
Ἰησοῦν ὑπὸ θανάτου, ἀλλ' ἤρκεσεν ἂν εἰς τὸ-
τον ἡρῴδης μὲν τῆς τῶν ἀρχιερέων, καὶ πρεσβυ-
τέρων δὲ λαοῦ εἰς ὅτε βουλῆς· καί ποτε, ὅμως,
πεπήρωται τὸ ὑπὸ δ' Ἰακὼβ προφητευθὲν δ'
τὸν ἐρημωμὸν τοῦτον τρόπον. οὐκ ἐκλείπει ἄρχων
ἐξ Ἰούδα· ἕδε ἡγούμενος ἐξ Ἰσραὴλ, ἕως ἂν
ἔλθῃ ὃ ἀπόκειται, καὶ αὐτὸς προσδοκία ἐθνῶν·
τάχα δ' καὶ ἀφῃρέθησαν τῶν ἐξουσίαν ταύτην
Ἰουδαῖοι, τῆς θείας ὑφαχούσης προνοίας τῇ τοῦ
χριστοῦ διδασκαλίᾳ ἐν τῷ λαῷ νομιμῷ, ἵνα κἂν
κωλύηται ὑπὸ Ἰουδαίων αὐτῇ, ἀλλὰ μὴ μέχρι
ἀναιρέσεως τῶν πιστευόντων χωρῇ, δοκούσης κατὰ
νόμον γίγνεσθαι· ἡρῴδης δ' κρατήσας τὸν Ἰωάν-
νην, ἔδησεν ἐν φυλακῇ, καὶ ἀπέθετο, σύμ-
βολον ποιῶν ὅτε, ὅ ἐφ' ἑαυτῷ, καὶ τῇ κα-
κίᾳ τοῦ λαοῦ, καταδήσας, καὶ κατακλείσας λό-
γον τὸν προφητικὸν, καὶ κωλύσας αὐτὸν ἐπὶ μῆκος
τῆς ἀληθείας κήρυκα ἐπ' ἐλευθερίᾳ, ὡς τὸ πρό-
τερον· τότε δ' πεποίκεν ἡρῴδης διὰ ἡρῳδιάδα
δα τὴν γυναῖκα φιλίππου τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ.
ἔλεγε γὰρ αὐτῷ ὁ Ἰωάννης, οὐκ ἔξεστί σοι ἔχειν αὐ-
τήν· ἦσαν δ' ὁ φίλιππος υἱὸς τετράρχης τῆς ἰτουραίας, καὶ τραχωνίτιδος χώρας· τινὲς μὲν
δ' οἶδα) ὅτι ἀποθανόντος φιλίππου, συγκατέβαλε καλιπόντος, ἡρῳδιάδα ἔγημε τὴν τοῦ ἀ-
δελφοῦ γυναῖκα ὁ ἡρῴδης, τὸν νόμον ἐν ἀπαιδίᾳ συγχωρεῖσθαι· ἡμεῖς δ' μη-

A tur esse probabilior sententiæ illius, scilicet *Iohannem præcessisse in spiritu Eliæ & virtute*, Luc. 1. 17. ratio & convenientia cum iis quæ isti de Johanne & Jesu excogitarunt. Quandoquidem autem primum didicimus Servatorem, postquam audivisset post tentationem [Johannem esse traditum, secessisse in Galilæam: deinde didicimus Johannem, quum esset in carcere, eaque audisset] quæ de Jesu dicebatur, *mississet que duos de Discipulis suis, dixisse illi: Tuné es qui venturus es, an alium expectamus?* tertio Herodem sollummodo dixisse de Jesu, *eum esse Iohannem Baptistam, ipsum surrexisse à mortuis*, neque tamen prius cognovimus, qua ratione interfectus sit Baptista; propterea nunc illud scripsit Matthæus, & ita propemodum Marcus: Lucas vero maximam ejus quæ apud illos est, historiæ partem prætermisit. Sic autem se habent Matthæi verba: *Herodes enim tenuit Iohannem, & alligavit eum in carcere.* Ad id igitur videtur mihi, quemadmodum Lex & Prophetæ locum habuerunt ad Iohannem usque, post quem recessit à Judæis Prophetica gratia; ita reguantium in populo potestatem, qua ad interficiendos eos, qui morte digni judicarentur, pollebant, ad Iohannem usque perseverasse; & præter fas interfecto ab Herode novissimo Prophetarum, Judæorum Regem potestate interficiendi fuisse privatum. Nisi enim ea excidisset Herodes, Iesum capite non damnasset Pilatus, sed satis ad id fuisset Herodes, cum consilio Pontificum & Seniorum populi. Et tunc, opinor, impletum est id quod à Iacob dictum est Judæ ad hunc modum: *Non deficiet Princeps de Iuda & Dux de Israel, donec veniat id quod repositum est, & ipse expectatio Gentium.* Fortasse etiam hac potestate exciderunt Iudæi, divina præbente providentia, ut Christi doctrina populo distribui posset; ut si oriretur illi à Iudæis impedimentum, ad necem usque credentium non procederet, quæ juxta Legem fieri videretur. *Herodes autem tenuit Iohannē, & alligavit eū in carcere & reposuit*, eo significans, quantum quidem in se esset, populique malitia, alligare se ac includere sermonem Propheticum, eumque impedire, quo minus liber amplius maneat veritatis præco, quemadmodum prius. Id autem fecit Herodes *propter Herodiadem uxorem Philippi fratris sui: dicebat enim illi Iohannes; Non licet tibi habere eam.* Is vero Philippus Tetrarcha erat Iturææ & Trachonitidit regionis. Existimant igitur nonnulli, postquam obiisset Philippus, filiamque re-

Hæc in nostro Cod. prætermissa ex Erasmi interpretatione supplevimus.

Matth. 11. 2, 2. Luc. 7. 19, 20.

Matth. 14 2.

Matth. 14 3

Gen. 49. 10

Matth. 14. 3.

Matth. 14. 3, 4. Luc. 3. 1.

liquisset, Herodiadem fratris uxorem du-
Gen. 38. 8. Deut. 25. 5 Ruth. 4. 5. Matth. 22. 24. Marc. 12. 19 Luc. 20. 28 xisse Herodem, Lege ejusmodi nuptias permittente cum liberi non supereſſent. Nobis autem cum non liqueat obiisse Philippum, majus etiam flagitium Herodem admisisse putamus, hunc nempe à fratre etiamnum vivente conjugem abduxisse. Quapropter prophetica libertate instructus Johanes, nec regiam Herodis dignitatem veritus, neque præ mortis timore tantum scelus silentio prætermittens, dicebat Herodi divino Spi-
Matth. 14. 4. Marc. 6. 18. Levit. 18. 16 ritu repletus: *Non licet tibi habere eam: non enim licet tibi habere uxorem fratris tui.* Herodes quidem apprehenso Joanne vinctum in carcere deposuit, non ausus plane eum interficere, & propheticum sermonem à populo auferre. Regis autem Trachonitidis uxor, mala quædam opinio, malaque doctrina, filiam genuit sibi cognominem, cujus motus cum viderentur ad numerum eleganter compositi, & Herodi res ad natalitia pertinentes amanti placuissent, causa fuerunt, cur non amplius propheticum caput esset in populo. Hactenus autem existimo motus populi Judæorum, qui juxta Legem esse videntur, nihil esse aliud quam illos Herodiadis filiæ: sed Herodiadis saltatio contraria erat sanctæ saltationi, quam qui non saltant, iis exprobrabitur his verbis:
Matth. 11. 17. Luc. 7. 32 *Cantavimus vobis tibiis, & non saltastis.* Saltant autem in natalitiis sermonis injusti, inter illos regnantis, ita ut sermoni huic motus eorum placerent. Observavit vero aliquis eorum qui nos præcesserunt diem Pharaonis natalem in Genesi descriptum, dixitGen. 40. 20 que improbum res ad natalitia pertinentes amantem, diem natalem celebrare. Nos autem ab illo hanc occasionem nacti, nullibi scriptum reperimus à justo quopiam fuisse celebrata natalitia: iniquior quippe hoc Pharaone fuit Herodes; ab illo enim in natalitiis pistorum princeps sublatus est; ab
Matth. 11. 11. hoc autem Johannes, *quo inter natos mulierum major non surrexit*; de quo Servator dicit: *Sed quid existis? videre Prophetam? etiam*
Luc. 7. 26. *dico vobis, & plusquam Prophetam.* Sed gratiæ Deo agendæ sunt; quod etsi à populo prophetica gratia ablata est, major illa omni diffusa est in Gentes per Servatorem nostrum Jesum, *Qui factus est inter mortuos li-*
Psal. 87. 5 2. Cor. 13. 4 *ber: Nam etsi crucifixus est ex infirmitate, sed vivit ex virtute Dei.* Præterea vide sermonem per quem munda & immunda edulia explorantur; contemnitur autem prophetia in lance pro obsonio illata. Caput autē prophetiæ Judæi non habent, Christum Jesum omnis prophetiæ verticem ejurantes, & capite truncatur Propheta propter juramentum, in ea re in qua pejerandum potius

δαμὴ σαφῶς δύεἰσκοντες τεθνηκέναι τὸν φίλιππον, μεῖζον ἔπ τ' ὠβανόμημα τῷ ἡρώδῃ λογιζόμεθα γεγονέναι, ὅτι καὶ ζῶντ@ ἀπέςησε τ' ἀδελφ' τῷ γυναῖκα· διόπε ἀφοπικὴ παῤῥησία κεκοσμημέν@ ὁ ἰωάννης, καὶ μὴ καταπλησόμεν@ τ' βασιλικὸν ἀξίωμα τ' ἡρώδε, μηδὲ διὰ τ' θ@ τ' θνατέ ὠβαπώπων φ' τ' πλικότε ἁμαρτήματ@, ἔλεγε τῷ ἡρώδῃ θείᾳ πληρωθεὶς φροήματ@. οὐκ ἔξεσί σοι ἔχειν αὐτὸν, ἀγὼ ἔξεσί σοι ἔχειν τὴν γυναῖκα τ' ἀδελφ' σε· ὁ μὲν ἡρώδης κρατήσας τ' ἰωάννε, δήσας ἀπέθετο ἐν τῇ φυλακῇ, μὴ θελων πάντ ἀποκτεῖναι, τὸν φοφικὸν λόγον ἀνελεῖν ὑπὸ τ' λαοῦ· ἡ δ' τ' βασιλέως τ τραχωνίτιδ@ γυνὴ, πονηρά τις ἕξα δόξα, κ' μοχθηρὰ διδασκαλία, θυγατέρα ἐγέννησεν ὁμώνυμον, ἧς τὰ δοκοῦντα εὔρυθμα κινήματα, ἀρέσαντα τῷ ἡρώδῃ τὰ ἡδέσεως ἀγαπῶντι πράγματα, αἰτία γεγένηται τ' μηκέτι εἶναι ἐν τῷ λαῷ κεφαλὴν φοφικὴν· μέχρι δ' δεῦρο νομίζω τὰ δοκοῦντα κ' τὸν νόμον ἀναγκαῖα κινήματα τ' λαοῦ τ' ἰουδαίων, μὴ ἄλλοτε τυγχάνειν ἢ τ' ἡρωδιάδ@ θυγατρός. ἀλλ' ἡρωδιάδ@ ὀρχησις ἐνδυτία λῦ ὀρχήσει ἀγαλλῦ οἱ μὲν ὀρχησάμενοι ὀνειδισθήσον) ἀκόντες, ἠυλήσαμεν ὑμῖν, & οὐκ ὠρχήσασθε· καὶ ὁ γλυθλίοις ὃ ὠβαόμεν βασιλεύοντ@ αὐτῷ λόγε ὀρχουῦ), ὡς ἀρέσκειν ἐκείνῳ τῷ λόγῳ τὰς κινήσεις αὐτῷ· ἐτήρησε μὲν ὅμως πὶ τῷ φοφ ἡμῷ τλὺ ἀναγεγραμμένῳ ἐν γλύφει ἑφαρεῶ γλυθλιον, & διηγήσα ὅπ ὁ φαῦλος τ' γενέσεως ἀγαπῶν πράγματα, ἑορτάζει γλυθλιον· ἡμεῖς δ' ἀπ' ἐκείνε ταυτὸν δύεόντες ἀφεμεν, ἐπ' ἐδεμίας γραφῆς δύρομεν τὸ δικαίᾳ γλυθλιον ἀγόμενον. ἀδικ@ δ' μᾶλλον ἐκείνε ἑ φαρεῶ ὁ ἡρώδης. καὶ δ' τ' ἐκείνε μὲν ἐν γλυθλίῳ δεχισποῖος ἀναιρεῖ). τὸν δ' τότε ἰωάννης, ἑ μείζον ἐν γλυνῆς γυναικῶν ἐδεὶς ἐγήγεε), φεῖ ἑ ὁ σωτὴρ λέγει, ἀλλὰ πὶ ἐξεληλύθατε; φοφήτ@ ἰδεῖν; καὶ λέγω ὑμῖν, καὶ φειοστέρου φοφήτ· ἀλλὰ δύχαεισπέον τῷ θεῷ, ὅτι εἰ καὶ ἡ φοφικὴ ὑπὸ ἑ λαοῦ ἦρται χάεις, ἡ πάσης ἐκείνης μείζων ἐξεχύθη εἰς τὰ ἔθνη διὰ ἑ σωτῆρ@ ἡμῦ ἰησ ἑ, ὃς ἐγήρεθ ἐν νεκροῖς ἐλεύθερ@· εἰ γὰρ καὶ ἐσαυρώθη ἐξ ἀσθενείας, ἀλλὰ ζῇ ἐκ δυνάμεως θεᾶ· ἐπ ὃ ὅρα τὸν λόγον παρ' ὡς παραβολὴν μὲν ἡ ἀκάθαρτα ἐξερίζε) βρώματα καταφρονεῖ) ὁ φοφητεία ἐπὶ πάντα ἀντιῤῥύσε φοφαινόμενα· τὸ δ' κεφαλὴν τ' φοφητείας ἰουδαῖοι, οὐκ ἔχουσι, τ' κεφάλαιον πάσης φοφητείας χεις ὀν ἰησοῦ ἀρνέμενοι καὶ ὑπο-

ἀποκεφαλίζε῀ ὁ προφήτης δι' ὅρκον, ἐφ' οἷς μᾶλλον ἀποχεῖν ἢ διορκεῖν ἔδει· ἐταύτην γὰρ ὡς ἔγκλημα προπετείας ὄρκων, καὶ τὸ διὰ τοῦτο προπέτειαν ἀποχὴν ἔγκλημα αἰσχύνης προφητικῆς· καὶ ὁ διὰ ἕτερ μόνον ἀποκεφαλίζεται, ἀλλὰ καὶ τοὺς συνανακειμένους, βουλομένους μᾶλλον αἰσχυνθῆναι τὸν προφήτην, ἢ ζῆν· συνανάκεινται δὲ καὶ συνευδιῶντι λόγῳ μοχθηρῷ Ἰουδαίων βασιλεύοντι· οἱ ἐπὶ τῇ ῥήσει αὐτὸ εὐφραινόμενοι· χρήσῃ δέ ποτε καιρίως τῷ ῥητῷ πρὸς τοὺς προπετῶς ὀμνύοντας, καὶ θέλοντας ἐμπεδοῦν ὅρκους ἐπὶ παρανομίᾳ παραληφθέντας, λέγων ὅτι ὁ πᾶσα πηχυν ὅρκον ἐστὶ καθήκουσα, ὡς οὐδὲ τὸ ἡρῴδου· ἔτι δὲ πρόσχες ὅτι ὁ μὴ παῤῥησίας, ἀλλὰ κρύφα καὶ ἐν φυλακῇ φονεύει τὸν Ἰωάννην ὁ Ἡρῴδης. καὶ γὰρ ὁ μὴ παῤῥησίας ἀρνεῖται ὀνειδισμὸν λόγου τὰς προφητείας, δυνάμενος καὶ ἐν κρυπτῷ αὐτὰς ἀρνεῖται, καὶ ἐλέγχεται αὐτὰς ἀπίστων· ὥσπερ γὰρ εἰ ἐπίστευον μωυσῇ, τῷ ἰησοῦ ἐπίστευσαν ἄν, οὕτως εἰ ἐπίστευον τοῖς προφήταις, προσήκαντο ἂν τὸν προφητευόμενον. ἀπιστοῦντες δὲ τούτῳ, κἀκείνοις ἀπιστοῦσι, καὶ ὑποτέμνουσιν ἐν φυλακῇ καθαιρεῖσαντες τὸν λόγον τὸν προφητικὸν, καὶ ἔχουσιν αὐτὸν νεκρὸν, καὶ διαῤῥεθέντα, καὶ μηδαμοῦ ὑγιῆ· ἐπεὶ μὴ νοοῦσιν αὐτόν. ἀλλ' ἡμεῖς ὁλόκληρον ἔχομεν τὸν ἰησοῦν, πληρωθείσης τῆς περὶ αὐτοῦ λεγούσης προφητείας. ὁσοῦ δὲ σωτηρίου ἐστί· οἱ μαθηταὶ ἐλθόντες τοῦ ἰωάννου, θάπτουσιν αὐτὸ τὸ λείψανον. καὶ ἐλθόντες ἀπήγγειλαν τῷ ἰησοῦ. ὁ δὲ ἀνεχώρησεν εἰς ἔρημον τόπον, τὰ ἔθνη· καὶ μὴ τῶν τῆς προφητῶν ἀναίρεσιν, ὄχλοι αὐτῷ ἠκολούθησαν ἀπὸ τῶν πανταχοῦ πόλεων, ὧν τινα πολλοὺς ὄντα θεασάμενος, ἐσπλαγχνίσθη, καὶ ἐθεράπευσε τὰς ἀῤῥωστίας αὐτῶν, καὶ μὴ ἕτερ τερφθεὶς τοῖς εὐλογηθεῖσι καὶ πλεονάσασιν ἐξ ὀλίγων ἄρτων τοὺς ἀκολουθήσαντας αὐτῷ· ἀνέβας δὲ ὁ ἰησοῦς ἀνεχώρησεν ἐν πλοίῳ ἐκεῖθεν εἰς ἔρημον τόπον κατ' ἰδίαν· τὸ μὲν ῥητὸν διδάσκει ἡμᾶς ὅση δύναμις ἀπὸ τῶν διωκόντων, καὶ τὴν προσδοκίας ἕνεκα τῶν λόγων ἀποδιδράσκειν, ἀναχωρεῖν· ἕτερ μὲν γὰρ καὶ τὸ σύλλογισον ᾠήσοιτ' ἂν τὸν ὠμὸν ἔξω εἶναι τῆς εἰσαπικῶν, ὁμόσε χωρεῖν αὐτοῖς, πρόσπετές ἐστι καὶ θερμόν· τίς δὲ ἔτι ἀμφιβάλοι ἂν τοῦτο ἕνεκα τοῦ διαῤῥήξαι τὰ διαῤῥήγνυσθαι μόνον ἀπὸ τοῖς καὶ τὸν ἰωάννην τὸν ἰησοῦ ἀναχωρήσαντος, ἀλλὰ καὶ διδάσκοντος. ⟨λέγοντος⟩ ἐὰν διώκωσιν ὑμᾶς ἐν τῇ πόλει ταύτῃ, φεύγετε εἰς τὴν ἑτέραν. ἐπελθόντα μὲν οὖν τὸν παρ' ἡμᾶς πειρασμὸν ἀναγκαῖον ὑπομένειν ἀῤῥωστίαν, καὶ τεθαῤῥηκότως. παρὸν δὲ ἐκκλίνειν, ἕτερ μὴ πιεῖν τὸ μηδὲν· ἐπεὶ δὲ μὴ

A erat, quam juramento standum. Temere quippe jurasse non adeo culpandum erat, quam propter juramenti temeritatem Prophetam letho dedisse. Nec propterea solum capite truncatur, sed propter eos etiam qui simul accumbebant, malebantque interfici Prophetam, quam vivere. Accumbunt autem & epulantur simul cum improbo sermone inter Judæos regnante, qui propter ortum illius oblectantur. Concinne autem nonnunquam iis quæ dicta sunt, uteris in temere jurantes, volentesque juramenta super flagitio facta servare, dicens
B non esse consentaneum ut quævis juramenta serventur, quemadmodum nec illa Herodis. Adverte insuper non palam & confidenter, sed clam & in carcere Herodem interficere Iohannem. Nec enim aperte hodiernus Judæorum sermo prophetias respuit, respuit autem revera, & clam, iisque minime fidem habere arguitur. Quem-admodum enim si Moysi credidissent, Jesu credidissent, ; ita si Prophetis credidissent, eum recepissent, qui fuerat à Judæis prænuntiatus. Huic autem cum fidem non
C habeant, nec habent illis, & sermonem propheticum in carcere concludentes obtruncant eumque mortuum habent, & divisum, & minime sanum, quandoquidem nec intelligunt illum ; sed nos integrum habemus Jesum, impleta Prophetia de illo dicente: *Os non comminuetur.* Johannis au- *Exod. 12. 46.*
tem venientes Discipuli reliquias illius sepeliunt, *& venientes nuntiaverunt Iesu* ; is *Num. 9. 12. Ioh. 19. 36. Matth. 14.*
autem secessit in locum desertum, scilicet 13.
ad Gentes, & post Prophetarum necem secutæ sunt illum turbæ ex omnibus undeD quaque urbibus; quam cum vidisset esse frequentem, misertus est, ægrosque qui in ea erant, sanavit, & eos postea qui se secuti fuerant, paucis panibus alit benedictis & multiplicatis. *Quod quum audisset Iesus, se-* *Matth. 14. 13.*
cessit inde in navicula, in locum desertum seorsum. Vexatores fugere, & perspectas devitare insidias, quæ per sermones struuntur nobis, quantum conducat, his verbis addocemur : id enim prudenti & certo consilio fit : temerarii autem est & præfidentis animi quæ mala declinare possit, ea adversum ire. Quis autem deinceps ambigat quin
E talia evitanda sint, cum non solum post ea quæ Johanni contigerunt, Jesus secesserit, sed etiam doceat & dicat: *Si persecuti fuerint* *Matth. 10.*
vos in civitate ista, fugite in aliam. Ingruen- *23.*
tem ergo tentationem, quæ in potestate nostra non est, necesse est fortiter, & confidenter sustinere; cum autem fugere liceat, temerarium est id non facere. Quandoqui-

dem

dem autem post ea quæ dicta sunt, locus etiam hic juxta anagogen est examinandus, dicendum est post appetitam insidiis Prophetiam apud Judæos, sublatamque, propterea quod res ad natalitia pertinẽtes apud illos colerentur, & per admissionem vanorum motuum, veritate quidem judice incompositorum & extra numerum, sed ut existimat princeps improborum, ejusque convivæ, concinnorum, illisque placentium, secedere Jesum à loco in quo Prophetia per insidias condemnata est; secedere autem in locum Deo vacuum apud Gentes, ut Dei Verbum ablato ab eis regno, datoque *gentifacienti fructus ejus*, in Gentibus sit, & per illud plures sint *filii desertæ*, neque Legem, neque Prophetas edoctæ, *quam ejus quæ virum habet*, nempe Legem. Cum enim olim Verbum erat apud Judæos, non ita erat apud illos, quemadmodum apud Gentes. Proinde dictum est, in navicula, hoc est, in corpore, in locum desertum seorsum ivisse, postquam Prophetæ interemptionem accepit. Cum autem ad desertum pervenisset, seorsum erat in illo, quod extra morem esset illius sermo, doctrinaque ejus præter consuetudines, & sanctiones Gentium. Et hominum multitudo quæ erat apud Gentes cum audivisset Verbum adesse in suo deserto, illudque esse seorsum, uti supra tradidimus, illud à propriis urbibus secuta est, quod unusquisque reliquisset patrias religionis consuetudines, & quod ad Christi legem accessisset. Pedibus autem, non in navicula hunc secuta est, utpote non corpore, sed nudo animo & consilio à Verbo suscepto Dei imaginem secuta; & ad illam quidem Jesus egreditur, cum ipsa non possit ad eum accedere, ut cum ad eos qui foris erant, introiisset, eos qui erant foris, introduceret. Numerosa autem turba est, ad quam exit Dei Verbum, & effundens in illam lumen inspectionis suæ vidit eam; & videns illos potius miseratione dignos, quod in talibus versarentur, utpote hominum amans, per miserationem illam aliquid passus est is qui affectionibus minimè erat obnoxius; nec miseratus est solum, sed ægros etiam illorum sanavit, variis & omnigenis ex malitia morbis laborantes. Si autem videre vis, quales sint animi morbi, cogita mihi avaros, & gloriosos, & puerorum amatores, & si quis est mulierosus; hos enim in turbis videns, & eorum misertus sanavit. Non vero existimandum est, omne peccatum morbum esse, sed illud quod toti ani-

Matth. 11. 43
Isaiæ 54. 1.
Gal. 4. 27.

A τὸ ῥητὸν καὶ κατὰ ἀναγωγὴν τὸν τόπον ἐξεταστέον, λεκτέον ὅτι ἐπιβουλευθείσης παρὰ ἰουδαίοις τῆς προφητείας, καὶ ἀναιρεθείσης, διὰ τὸ τιμᾶσθαι παρ' αὐτοῖς τὰ γενέσεως πράγματα, καὶ κατὰ ἀποδοχὴν κενῶν κινημάτων, γεγενημένων ὡς μὲν παρ' ἀληθείᾳ δικαζούσῃ ἀρυθμῶν καὶ ἐκμελῶν, ὡς δ' ὑπολαμβάνει ὁ τῶν φαύλων ἄρχων, καὶ οἱ συνεστιώμενοι αὐτῷ, εὐρύθμων, καὶ ἀρεσκόντων ἐκείνοις, ἀναχωρεῖ ἰησοῦς ἀπὸ τοῦ τόπου ἐν ᾧ προφητεία ἐπιβουλευθεῖσα κατεδικάσθη· ἀναχω-
B ρεῖ δὲ εἰς τὸν ἔρημον θεοῦ παρὰ τοῖς ἔθνεσι τόπον, ἵνα ὁ τοῦ θεοῦ λόγος αἱρομένης τῆς βασιλείας ἀπ' ἐκείνων, καὶ διδομένης ἔθνει ποιοῦντι τοὺς καρποὺς αὐτῆς, γένηται ἐν τοῖς ἔθνεσι, καὶ δι' αὐτὸν πολλὰ γένηται τὰ τέκνα τῆς ἐρήμου μᾶλλον, μήτε νόμον, μήτε προφήτας δεδιδαγμένης, ἢ τῆς ἐχούσης τὸν ἄνδρα, τὸν νόμον· ὅτε μὲν οὖν πάλαι ὁ λόγος παρὰ ἰουδαίοις ἦν, οὐχ οὕτως ἦν παρ' αὐτοῖς, ὡς παρὰ τοῖς ἔθνεσι· διὸ λέλεκται ἐν πλοίῳ, τουτέστι τῷ σώματι, εἰς τὸν ἔρημον τό-
C πον κατ' ἰδίαν γεγονέναι, ἀκούσαντα περὶ τῆς ἀναιρέσεως τοῦ προφήτου· κατ' ἰδίαν δὲ, γενόμενος εἰς τὴν ἔρημον, ἦν ἐν αὐτῇ, τῷ ἰδιάζοντα εἶναι τὸν λόγον, καὶ τὴν διδασκαλίαν αὐτοῦ παρὰ τὰ εἰθισμένα ἐν τοῖς ἔθνεσι γίνεσθαι καὶ νενομισμένα· καὶ οἱ ἐν τοῖς ἔθνεσι ὄχλοι ἀκούσαντες λόγον ἐπιδεδημηκέναι τῇ ἐρήμῳ αὐτῶν, καὶ τοῦτον κατ' ἰδίαν τυγχάνειν, ὡς προαποδεδώκαμεν, ἠκολούθησαν αὐτῷ ἀπὸ
D τῶν ἰδίων πόλεων, τῷ ἕκαστον καταλελοιπέναι τὰ πάτρια τῆς δεισιδαιμονίας ἔθη, καὶ τῷ τοῦ χριστοῦ προσεληλυθέναι νόμῳ· πεζῇ δὲ αὐτῷ, καὶ οὐκ ἐν πλοίῳ ἠκολούθησαν, ἅτε μὴ τῷ σώματι, ἀλλὰ γυμνῇ τῇ ψυχῇ, καὶ τῇ ἀπὸ τοῦ λόγου πεισθείσῃ προαιρέσει ἠκολουθηκότες τῇ εἰκόνι τοῦ θεοῦ. καὶ πρὸς τούτους γε ὁ ἰησοῦς ἐξέρχεται, μὴ χωροῦντας προσιέναι πρὸς αὐτὸν, ἵνα τοῖς ἔξω γενόμενος ἔσω, τοὺς ἔξω εἰσαγάγῃ· πολὺς δὲ ὁ ἔξω ὄχλος, εἰς ὃν ἐξέρχεται ὁ τοῦ θεοῦ
E λόγος, καὶ ἐκχέας τὸ φῶς τῆς ἐπισκοπῆς αὐτοῦ εἰς αὐτὸν, εἶδεν αὐτὸν, καὶ ἰδὼν τοῦ ἐλεεῖσθαι μᾶλλον αὐτοὺς ἀξίους, διὰ τὸ ἐν τοιοῖσδέ τισιν εἶναι, ὡς φιλάνθρωπος, πέπονθεν ὁ ἀπαθὴς * τῷ * κ. σπλαγχνισθῆναι, καὶ οὐ μόνον ἐσπλαγχνίσθη, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀῤῥώστους αὐτῶν ἐθεράπευσεν, ἔχοντας ποικίλα, καὶ παντοδαπὰ ἀπὸ τῆς κακίας ἀῤῥωστήματα· εἰ δὲ θέλεις ἰδεῖν ποῖά ἐστι τὰ τῆς ψυχῆς ἀῤῥωστήματα, κατανόει μοι τοὺς φιλαργύρους καὶ τοὺς φιλοδόξους, καὶ τοὺς φιλόπαιδας, καὶ εἴ τίς ἐστι φιλόγυνος. καὶ τούτους γὰρ ἐν τοῖς ὄχλοις ἰδὼν, καὶ σπλαγχνισθεὶς ἐπ' αὐτοῖς ἐθεράπευσεν· οὐ πᾶν δὲ ἁμάρτημα νομιστέον ἀῤῥωστίαν εἶναι, ἀλλ' ὅπερ ἐναπέσκηψεν ὅλῃ τῇ ψυχῇ· οὕτω γάρ ἐστιν ἰδεῖν τοὺς μὲν φιλαργύρους

γύρους, ὅλως τε ἁπαγμένους ἐπὶ τὸ ἀργύριον, καὶ τῷ τότε φρονεῖν, καὶ συναγωγῇ· τὸς φιλοδόξους, ἐπὶ τὸ δοξάριον. κεχήνασι γὰρ ἀεὶ τὸν ἀπὸ τῶν πολλῶν καὶ χυδαιοτέρων ἔπαινον· καὶ τὸ ἀνάλογον νοήσεις ἐπὶ ὧν ὠνομάζωμεν λοιπῶν, καί τι ἄλλο τοῖς ἐοικὸς ἁπλήσιον· ἐπεὶ οὖν διηγέρμενοι τ'. ἐθεράπευσε τὰς ἀῤῥώστους αὐτῶν, εἰπομεν μὴ πᾶν ἁμάρτημα εἶναι ἀῤῥώστημα, ἄξιον ἀπὸ τῆς γραφῆς, καὶ ἀεὶ τὰ διαφορᾶς τούτων ἁθροισθῆναι· φησὶ δὴ ὁ ἀπόστολος κορινθίοις, ποικίλα ἔχουσιν ἁμαρτήματα, γράφων· διὰ τοῦτο ἐν ὑμῖν πολλοὶ ἀσθενεῖς, καὶ ἄῤῥωστοι, καὶ κοιμῶνται ἱκανοί. ἄμφω γὰρ ἐν τούτοις τὸ καὶ σώφρονος πλέκοντος, καὶ συμπεπλεγμένον ποιοῦντος ἐκ διαφόρων ἁμαρτημάτων, καθ' ὁ μὲν εἰσιν ἀσθενεῖς, ἕτεροι δ' ἄῤῥωστοι πλέον ἢ ἀσθενεῖς, καὶ ἄλλοι παρ' ἀμφοτέρους οἱ κοιμώμενοι· οἱ μὲν γὰρ ὁλιθρῶς διὰ τὴν τῆς ψυχῆς ἀδυναμίαν πρὸς τὸ ὁπωστοῦν ἁμαρτάνειν ἔχοντες, καὶ μὴ ὅλοι ὧσιν εἴδους τινὸς ἁμαρτίας· ὡς οἱ ἄῤῥωστοι, ἀσθενεῖς εἰσι μόνον. οἱ δὲ ὅλῃ ψυχῇ καὶ ὅλῃ καρδίᾳ καὶ ὅλῃ διανοίᾳ, ἀντὶ τοῦ θεὸν ἀγαπᾶν, ἀγαπῶντες ἀργύρια, ἢ δοξάρια, ἢ γυναῖκα, ἢ παῖδας, εἰσὶ πλέον ἢ ἀσθενείας πεπόνθασι, καὶ εἰσὶν ἄῤῥωστοι· κοιμῶνται δ' οἱ δέον προσέχειν καὶ ἐγρηγορέναι τῇ ψυχῇ, ὅτε μὲν ἐποιοῦντες, ἀπὸ δὲ πολλῆς ἀπροσεξίας νυστάζοντες τῇ προαιρέσει, καὶ πανώθουντες τοῖς λογισμοῖς. οἱ πάντες ὑπνιαζόμενοι, σάρκα μὲν μιαίνουσι, χειρότατον δ' ἀθετοῦσι, δόξας δ' ἐλασφημοῦσιν· ἐτοὶ δὲ διὰ τὸ κοιμᾶσθαι ἐν κενοῖς εἰσι φαντασίαις, καὶ προβαλλομέναις ὑπνίοις, ταῖς περὶ τῶν πραγμάτων. τὰ μὲν ὑπαρ, καὶ ἀληθῆ, οὐκ ἀποδεχόμενοι. τοῦτο δ' τῶν ἐν ταῖς κεναῖς φαντασίαις ἀπατώμενοι. ἀεὶ ὧν καὶ ἐν τῷ ἡσαΐᾳ λέγεται τ'· ὃν τρόπον ὑπνιάζεται ὁ διψῶν ὡς ὁ πίνων, καὶ ἐξαναστὰς ἔτι διψᾷ, ἡ δ' ψυχὴ αὐτοῦ εἰς κενὸν ἦλπισεν. ὅτως ἔσται ὁ πλῆθος πάντων τῶν ἐθνῶν, ὅσοι ἐπορεύθησαν ἐν ἱερουσαλήμ· εἰ καὶ ἐδόξαμεν ὅλως παρεκβεβηκέναι, διηγέρμενοι διαφορᾶς ἀσθενῶν, καὶ ἀῤῥώστων, καὶ κοιμωμένων, διὰ τὸν ἀπόστολον ἐν τῇ πρὸς κορινθίους ἐπιστολῇ ἃ ἐζητήσαμεν, τὸν παρεκβασιν πεποιήμεθα, βουληθέντες παραθέσθαι τί σημαίνεται νοητῶς ἐκ τ'. καὶ ἐθεράπευσε τὰς ἀῤῥώστους αὐτῶν· μετὰ δὲ φησιν ὁ λόγος, ὀψίας δὲ γενομένης προσῆλθον αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ λέγοντες· ἔρημός ἐστιν ὁ τόπος, καὶ ἡ ὥρα παρῆλθεν ἤδη. ἀπόλυσον τοὺς ὄχλους, ἵνα ἀπελθόντες εἰς τὰς κώμας ἀγοράσωσιν ἑαυτοῖς βρώματα· καὶ πρῶτόν γε τήρησον ὅτι μέλλων τὸς

Amo incubuit. Ita enim videre licet avaros totos argento, ejusque conservationi & coacervationi intentos: ambitiosos gloriolæ; inhiant enim ad laudes vulgi, hominumque ex infima plebe. Simile item senties de cæteris quos nominavimus, & si quid aliud illis affine est. Quoniam igitur ea verba explicantes: *Curavit languidos eorum*, non omne peccatum esse morbum diximus, consentaneum est ex Scriptura de illorum differentiis verba facere. Ait quidem Apostolus Corinthiis, qui variis erant peccatis dediti, scribens; *Ideo inter vos multi infirmi, & imbecilles, & dormiunt multi.* Audi siquidem in his nexum texentem, contextumq; è variis peccatis facientem, juxta quem hi quidem sunt infirmi; alii autem imbecilles, plusquam infirmi, & alii præter utrosque, qui dormiunt. Qui enim propter animi debilitatem ad quodvis peccatum proni sunt, nec toti alicui certo peccati generi addicti sunt, velut imbecilles, infirmi sunt tantum; qui vero cum Deum amare deberent, toto animo, toto corde, & tota mente, argentum pro eo, vel gloriolam, vel mulierem, aut pueros amant, patiuntur hi aliquid infirmitate pejus, & imbecilles sunt. Dormiunt autem qui cum debeant animo attendere, & vigilare, id quidem non faciunt, sed præ nimia segnitie voluntate nutant, & cogitationibus dormitant: qui somniantes, carnem polluunt; id vero quod maximam habet autoritatem improbant, & gloriam probris incessunt. Hi quidem propterea quod dormiunt, vanas habent rerum imaginationes, somniis perquam similes; vera quidem visa non admittentes, inanibus autem imaginationibus decepti: de quibus & id dicitur in Isaia: *Et sicut somniat sitiens, & bibit, & postquam fuerit expergefactus, adhuc sitit, & anima ejus frustra speravit; sic erunt divitiæ omnium Gentium, quæcunque militaverunt in Ierusalem.* Etsi ergo explicantes differentiam infirmorum, imbecillorum, & dormientium, divertisse videamur, ideo digressionem hanc fecimus, quod ea dixerit Apostolus in Epistola ad Corinthios, quæ exposuimus, volentes ostendere, quid his verbis intelligendum significetur: *Et curavit languidos eorum.* Post-ea sic habet sermonis contextus: *Vespere autem facto accesserunt ad eum Discipuli ejus, dicentes: Desertus est locus, & hora jam præteriit; dimitte turbas, ut euntes in castella, emant sibi escas.* Ac primo quidem observa hunc sanasse ægros, cum panes benedictionis Discipulis daturus esset, quos turbis ap-

Matth. 14. 14.

1. Cor. 11. 30

Isaiæ 29. 8

Matth. 14. 15.

ponerent, ut sanitati restituti panum benedictionis fierent participes; nec enim qui etiamnum infirmi sunt, panes benedictionis Jesu capere possunt. Sed & si quis cum
1.Cor.11.28 hæc audire deberet: *Probet autem unusquisq; seipsum, & sic de pane illo edat*, & cætera, his non obtemperat quidem, sed temere panem Domini, ejusque calicem sumit, imbecillus vel infirmus fit, vel dormiens ex ea, ut ita dicam, capitis gravedine quam à vi panis contrahit. *Vespere autem facto accesserunt ad eum Discipuli ejus*: hoc est, in consummatione sæculi, de quo opportune dicere licet, id quod extat in Epistola Iohannis:
1.Ioh.2.18. *Novissima hora est*; qui nondum animadvertentes quid facturum esset Verbum, dicunt, illi *desertum esse locum*, videntes vacuitatem à Deo, & Lege, & Verbo in plerisque: dicunt autem hoc illi: *Et hora præteriit*, videlicet, præteriit tempestivitas Legis & Prophetarum. Fortasse vero illud dixerunt, ad id referentes sermonem, quod propter amputatum Iohanni caput, & Lex & Prophethæ, qui ad Iohannem usque fuerant, desierint. Præteriit igitur, inquiunt, hora, neque adest cibus, quod tempus illius non amplius sit præsens, ut ii qui in deserto te secuti sunt, Legi & Prophetis serviant. Præterea dicunt Discipuli: Dimitte ergo illos, ut unusquisque, si ab urbibus non potest, certe à vicis, locis nempe ignobilioribus, cibaria emat. Hæc quidem dicebant Discipuli, post dissolutionem Scripturæ Legis & cessationem Prophetiarum, desperantes turbis reperiri posse non expectatos & novos cibos. Sed vide, quid Jesus Discipulis responderit, tantum non vociferans, & aperte dicens: Existimatis quidem vos, si discesserit à me ingens hæc multitudo cibo indigens, reperturam potius in vicis, quam apud me; & in cœtibus hominum non urbanorum, sed paganorum, potius quam si apud me manserit: ego vero vobis pronuntio ea re non indigere illos qua indigere creditis, nec enim abitione illis opus est: qua vero re non egere illos existimatis, me videlicet, ut qui pote illos nutrire non possim, ea præter expectationem vestram opus habent. Quandoquidem igitur instituens vos idoneos reddidi ad dandum egentib⁹ rationabile nutrimentum, date vos ipsi turbis, quæ me secutæ sunt, quod edant: habetis enim potestatem, quam à me accepistis dandi turbis quod edant; ad quam si advertisse tis, intellexisse tis profecto longe magis, posse me has nutrire, neque dixis-

A τὴν εὐλογίας ἄρτες διδόναι τοῖς μαθηταῖς, ἵνα
ὦσιν τοῖς ὄχλοις, ἐθεράπευσε τὰς ἀρ-
ῤῥωστίας, ἵνα ὑγιάνοντες τῆς εὐλογίας με-
λάβωσιν ἄρτων. ὁ γὰρ δυνάμενος οἱ ἐπ' ἀῤῥωσι
χωρῆσαι τὰς τοῦ ἰησοῦ εὐλογίας ἄρτες· ἀλλὰ
καὶ ἐάν τις δέον ἀκούειν τοῦ. δοκιμαζέτω ὁ ἄνα-
ςος ἑαυτὸν, καὶ ὕτως ἐσθιέτω ἐκ τοῦ ἄρτου, καὶ
τὰ λοιπὰ, τούτων μὴ μὴ καταλάβῃ, ὡς ἔτυχε
ὃ μεταλαμβάνῃ ἄρτε κυρίε, καὶ ποτηρί-
αὐτοῦ, ἀσθενὴς, ἢ ἄῤῥωςος γίνεται, ἢ καὶ ὑπνῷ,
B ἵν', ὕτως εἶπω, καρώσθαι τὰ τοῦ ἄρτε
δυνάμεως, κοιμώμενος· ὀψίας δ' γενομένης
προσῆλθον αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, τὸν τῆς
σωτηρίας δ' αἰῶνος, καθ' ὃν ἐστιν εὐκαίρως
εἰπεῖν τό. ἐσχάτη ὥρα ἐστὶν, ἐν τῇ ἰωάννε ἀπο-
τολῇ κείμενον. ὅτινες μηδέπω νοοῦντες ὁ ἐ-
μελλε ποιεῖν ὁ λόγος, φασὶν αὐτῷ ὅτι ἔρημός
ἐστιν ὁ τόπος, ὁρῶντες τὸν δ' θεοῦ, καὶ νόμε, καὶ
λόγε ἐρημίαν ἐν τοῖς πολλοῖς. λέγουσι οἱ αὐτῷ
τό· καὶ ἡ ὥρα παρῆλθεν, οἱονεὶ παρελήλυθε τὸ
C εὐκαιρεῖν νόμε, καὶ προφητῶν. ὃ χαὶ ἔτε ἐ-
λεγον, ἀναφέροντες τὸν λόγον, καὶ διὰ τὸν
ἰωάννου ἀποκεφαλίσθαι, καὶ τὸν νόμον, καὶ τῶν
προφήτας, οἱ ἦσαν μέχρι ἰωάννε, πεπαῦθαι πα-
ρῆλθεν ὅτε, * φησὶν, ἡ ὥρα, καὶ ὁ πάρεσι τροφὴ, καὶ
τῶν καιρὸν αὐτοῦ μηκέτι ἐνεστηκέναι, ἵν' οἱ ἐν
τῇ ἐρήμῳ ἀκολουθήσαντες ὦσι, νόμῳ καὶ προ-
φήταις δέλθυσαι· καὶ ἐπὶ φασὶν ὁ μαθητὴς
ἀπόλυσον ὅτε αὐτὸς, ἵν' ἕκαστος εἰ μὴ δύνα-
D ἀπὸ τῶν πόλεων, ἀλλ' ἀπὸ τῶν κωμῶν, τ' ἀπ-
οτέρων χωρίων, ὠνήσηται ἑαυτῷ βρώματα· ταῦτα μὲν
ἔφασκον οἱ μαθηταὶ, ἀπογινώσκοντες τοῖς ὄ-
χλοις εὑρεθήσεσθαι. μετὰ τὸ καταλελύσθαι τὸ
γράμμα δ' νόμε, καὶ πεπαῦσθαι προφητείας,
προσδόξως καὶ καινὰς τροφὰς· ἀλλ' ὁ ἰησοῦς
ὁρᾷ πὶ ἀποκείνε τοῖς μαθηταῖς, μονονεχὶ βοῶν
καὶ σαφῶς λέγων. ὑμεῖς μὲν ὑπολαμβάνετε
ὅτι ἐὰν ἀπέλθωσιν ἀπ' ἐμοῦ ὁ πολὺς ὄχλος
χήσοντες τροφῶν, ταύτας εὑρήσουσιν ἐν κώ-
E μαις μᾶλλον, ἢ παρ' ἐμοὶ, ἐν συρήμασιν ἀν-
θρώπων ἢ πολιτῶν, ἀλλὰ κωμῶν μᾶλλον, ἢ ὅτι
προσῆκόν μοι ἐστὶ ὑμῖν ἀποφαίνομαι ὅτι ἃ
μὴ ὑπολαμβάνετε χρήζειν αὐτοὺς, ἃ χρήζουσιν,
ἃ γὰρ χρείαν ἔχουσι δ' ἀπελθεῖν. ἃ δ' νομίζετε αὐ-
τοὺς μὴ ἔχειν χρείαν, τυγχάνειν ἐμοῦ, ὡς μὴ δύνα-
μένε αὐτοὺς τρέφειν, τοῦτο προσῆκόν ἐστιν ὑμετέραν
προσδοκίαν χρείαν ἔχουσιν· ἐπεὶ δ' ὧν παιδεύσας ὑμᾶς, ἱκανὸς ἐποίησα προσ τὸ δοῦναι τοῖς
δεομένοις λογικὴν τροφὴν, ὑμεῖς δὲ τοῖς ἀκολουθήσασί μοι ὄχλοις φαγεῖν ἐχέλευδ δύνα-
μιν ἀπ' ἐμοῦ λαβόντες, δ' δοῦναι τοῖς ὄχλοις φαγεῖν, ἢ τινι εἰ ἦτε σπήσαντες, κατα-
νόησατε ἂν ὅτι πολλῷ πλεῖον ἐγὼ δύναμαι αὐτοὺς τρέψαι, ὃν δὴ ἐφήκειτε ἄν. ἀπόλυσον
τοὺς

τοὺς ὄχλους, ἵνα ἀπελθόντες ἀγοράσωσιν ἑαυτοῖς βρώματα; ὁ μὲν οὖν ἰησοῦς, δι' ἣν ἔδωκε δύναμιν καὶ ἑτέρων θρεπτικὴν τοῖς μαθηταῖς, εἶπε· δότε αὐτοῖς ὑμεῖς φαγεῖν· ὁ δὲ μὴ ἀρνούμενοι μὲν τὸ δύνασθαι διδόναι ἄρτους, πολλῷ δὲ ὀλιγωτέρους αὐτοὺς νομίζοντες εἶναι, καὶ οὐχ ἱκανοὺς τρέφειν τοὺς ἀκολουθήσαντας τῷ ἰησοῦ, οὐ δὲ θεωροῦντες ὅτι ἕκαστον ἄρτον λόγον ὁ ἰησοῦς λαβὼν εἰς ὅσον βούλεται ἐκτείνει, ποιῶν αὐτὸν διαρκῆ πᾶσιν ὅσους ἐὰν θρέψαι θέλῃ, φασίν· οὐκ ἔχομεν ὧδε εἰ μὴ πέντε ἄρτους, καὶ δύο ἰχθύας. πέντε μὲν ἴσως αἰνισσόμενοι ἄρτους εἶναι τοὺς αἰσθητοὺς τῶν γραφῶν λόγους, καὶ διὰ τοῦτο ἰσαρίθμους ταῖς πέντε αἰσθήσεσι. δύο δὲ ἰχθὺς, ἤτοι τὸν προφορικὸν, καὶ τὸν ἐν διάθετον λόγον, ὡσπερεὶ ὄψον τυγχάνοντας τῶν ἐν ταῖς γραφαῖς αἰσθητῶν κειμένων, ἢ τάχα καὶ τὸν φθάσαντα ἐπ' αὐτοὺς περὶ πατέρος καὶ υἱοῦ λόγον· δυὸ καὶ αὐτὸς ἔφαγεν ἰχθύος ὀπτοῦ ἀνάστας, μέρος λαβὼν ἀπὸ τῶν μαθητῶν, καὶ ἀποδεξάμενος ἣν ἐδυνάντο ἐκ μέρους ἀπαγγεῖλαι αὐτῷ περὶ τοῦ πατρὸς θεολογίαν· ἡμεῖς μὲν οὖν οὕτως τῷ περὶ τῶν πέντε ἄρτων καὶ δύο ἰχθύων ἐπιβαλεῖν δεδυνήμεθα λόγῳ· εἰκὸς δὲ ὅτι οἱ μᾶλλον ἡμῶν συναγεγεῖν δυνάμενοι τοὺς πέντε ἄρτους καὶ τοὺς δύο ἰχθύας παρ' ἑαυτοῖς, πλείονα καὶ κρείττονα δύναιτ' ἂν ἀποδοῦναι περὶ τούτων νοῦν· παρατηρητέον μέντοι ὅτι τοὺς πέντε ἄρτους καὶ τοὺς δύο ἰχθύας οἱ μαθηταὶ λέγουσιν ἔχειν παρὰ τῷ ματθαίῳ, καὶ τῷ μάρκῳ, καὶ τῷ λουκᾷ. οὔθ' ὅτι πύρινοι, οὔθ' ὅτι κρίθινοι ἦσαν ὑποσημειωσάμενοι. ὁ δὲ ἰωάννης μόνος κριθίνους εἶπεν εἶναι τοὺς ἄρτους, δύο τάχα οὐ οἱ μαθηταὶ ὁδ' μολογοῦσιν αὐτοὺς παρ' ἑαυτοῖς ἐν τῷ τοῦ ἰωάννου εὐαγγελίῳ, ἀλλὰ λέγουσι παρ' αὐτῷ, ὅτι ἐστὶ παιδάριον ὧδε, ὃ ἔχει πέντε ἄρτους κριθίνους, καὶ δύο ὀψάρια· καὶ ὅτον μὲν οἱ πέντε ἄρτοι οὗτοι καὶ δύο ἰχθύες οὐκ ἐφέροντο ὑπὸ τῶν μαθητῶν τοῦ ἰησοῦ, οὐκ ηὔξανον, οὐδὲ ἐπλήθυνον, οὐδὲ ἐδύναντο τρέφειν πλείονας. ὅτε δὲ λαβὼν αὐτοὺς ὁ σωτὴρ πρῶτον ἀνέβλεψεν εἰς τὸν οὐρανὸν, ταῖς ἀκτίσι τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ οἱονεῖ καταβιβάζων δύναμιν ἐκεῖθεν, τὴν ἀνακραθησομένην τοῖς ἄρτοις, καὶ τοῖς ἰχθύσι, μέλλουσι τρέφειν τοὺς πεντακοσχιλίους, καὶ μετὰ τοῦτο ηὐλόγησε τοὺς πέντε ἄρτους, καὶ τοὺς δύο ἰχθύας, τῷ λόγῳ, καὶ τῇ εὐλογίᾳ αὔξων, καὶ πληθύνων αὐτοὺς, καὶ τρίτον μερίζων, καὶ κλῶν ἔδωκε τοῖς μαθηταῖς, ἵν' ἐκεῖνοι τοῖς ὄχλοις παραθῶσι, τότε διήρκεσαν οἱ ἄρτοι, καὶ οἱ ἰχθύες, ὡς φαγεῖν πάντας, καὶ κορεσθῆναι, καὶ τινὰς τῶν εὐλογηθέντων ἄρτων μὴ χωρῆσαι φαγεῖν. ἐπερίσσευσε γὰρ τοῖς ὄχλοις τοσαῦτα, ἃ κατὰ μὲν τοὺς ὄχλους οὐκ ἦν, κατὰ δὲ τοὺς δυναμένους μαθητὰς ἆραι

A quandoquidem ipsum sermonem considerare volumus, quem edidit Matthæus, ut nempe *qui maledixerit patri, vel matri, morte moriatur*, adverte, num desumptum sit è loco, ubi scriptum est: *Qui percusserit patrem suum aut matrem suam, morte moriatur*, [*Et qui maledixerit patri suo, aut matri suæ, morte moriatur.*] Sic igitur se habebant verba Legis super duobus mandatis. Matthæus autem illa ex parte & concisè prodidit, & non iisdem verbis. Qua de re autem Pharisæos, & Scribas, qui venerant Hierosolymis, accuset Servator, dicens eos transgredi B mandatum Dei propter suam traditionem, animadvertendum est. Ac Deus quidem dixit: *Honora Patrem tuum & & matrem tuam*, docens honorem debitum parentibus reddendum esse ab eo, qui ex ipsis genitus est. Hujus autem erga parentes honoris pars erat, vitæ commoda ad victum & vestitum habere cum illis communia, & si quam aliam rem gratificari parentibus suis poterat. Pharisæi autem & Scribæ talem Legi contrariam traditionem prodiderunt, obsciurius in Evangelio expressam, quam ne C nos quidem fuissemus assecuti, nisi aliquis ex Ebræis tradidisset nobis ea quæ ad hunc locum pertinent, sic se habentia Contingit nonnunquam, inquit, ut fœneratores cum in difficiles debitores incidunt, qui possunt quidem, sed nolunt debitum reddere, debitum in pauperum rationem consecrent, quibus in gazophylacium pecunia mittebatur pro viribus, ab unoquoque eorum qui volebant cum illis bona communicare. Dicebant autem nonnunquam debitoribus sua lingua, Corban est id quod mihi debes, hoc est, docum; dedicavi enim illud pauperibus D in rationem pietatis erga Deum. Deinde debitor tanquam non hominibus amplius, sed Deo debens, suæque erga illum pietati, veluti illuc concludebatur, ut etiam nolens debitum referret, non amplius fœneratori, sed jam Deo in rationem pauperum, nomine fœneratoris. Quod igitur fœnerator faciebat creditori, illud idem nonnulli quandoque filii faciebant parentibus, dicebantque illis; Illud quo à me adjutus fuisses, Pater vel Mater, scito te accepturum è Corban, de ratione pauperum Deo consecratorum. Deinde audientes parentes Corban E esse Deo consecratam, id quod sibi dandum erat, non amplius à filiis accipere volebant, etiamsi rebus necessarijs magnopere indigerent. Talem ergo traditionem Seniores apud plebejos proferebant; quicunque dixerit patri vel matri, id quod alicui eorum dandum erat, Corban esse, & domum, eum non amplius debitorem esse patri vel matri

Matth. 15. 14. Exod. 21.15 Lev. 20.9. Hac in nostro Codice prætermissa, ex Erasmi interpretatione supplevimus.

ad suppeditanda illi vitæ necessaria. Hanc igitur traditionem Servator reprehendit, non velut sanam, sed Dei mandato adversantem. Nam si Deus dicit: *Honora patrem & matrem*, dicebat autem traditio; Non debet honorare patrem & matrem largitione, qui id quod daturus erat parentibus, Deo, ut Corban consecravit, manifestum est fuisse rescissum præceptum Dei de honore parentum, Pharisæorum & Scribarum traditione, dicente non amplius eum debere Patrem honorare & matrem, qui Deo semel consecraverit id quod accepissent parentes. Et Pharisæi, utpote avari, ea docebant, ut sub pauperum specie ea etiam acciperent, quæ parentibus alicujus danda erant. Ac eorum quidem avaritiam testatur Evangelium dicens: *Audiebant autem omnia hæc Pharisæi qui erant avari, & deridebant illum.* Si quis igitur eorum qui inter nos Seniores dicuntur, vel quoquo modo populo præsunt, pauperibus mavult obtentu reipublicæ dari, quam propinquis eorum qui dant, si contigerit eos necessariis indigere, neque possint ij qui dant utrumque præstare, jure merito appelletur ille frater Pharisæorum, qui sermonem Dei propter suam traditionem abrogarunt, quique à Servatore hypocritæ esse convicti sunt. Ac valde quidem deterrere possunt, quo minus de ratione pauperum quispiam sponte sumat, & *existimet quæstum esse pietatem* aliorum, non hæc solum, sed & quæ de proditore Juda scripta sunt, qui per speciem quidem pauperum causam agebat, & indignans dicebat: *Poterat unguentum istud venundari trecentis denariis, & dari pauperibus*; revera autem *fur erat, & loculos habens, ea quæ mittebantur, furripiebat.* Si quis igitur nunc quoque Ecclesiæ loculos habens, loquitur quidem ut Judas pro pauperibus; ea autem quę immittuntur, furripit, partem sibi ponat cum Juda qui talia fecit; propter quæ velut gangræna animam ipsius depascentia, Diabolus immisit in cor ejus Servatorem prodere, & cum excepisset ignitum de ea re telum, tandem ipse in animam ejus intrans, replevit eum. Et fortasse quando dicit Apostolus: *Radix omnium malorum est avaritia*, propter avaritiam Judæ dicit, quæ omnium malorum quæ contra Iesum admissa sunt, radix est. Sed redeamus ad proposita, in quibus Servator duo è Lege mandata strictim exposuit; alterum quidem è Decalogo qui habetur in Exodo; aliud vero à Levitico, vel aliud ex aliquo loco ex iis qui

Luc. 16, 14.

1. Tim. 6, 5.

Matth. 26, 9.

Ioh. 12, 6.

1. Tim. 6. 10

A τῶν πρὸς τὰς βίου χρείας· ταύτην οὖν ἐλέγχει, οὐχ ὡς ὑγιῶς ἔχουσαν παράδοσιν ὁ σωτὴρ, ἀλλὰ ἀναπεμφθεῖσαν τῇ ἐντολῇ τοῦ θεοῦ· εἰ γὰρ ὁ μὲν θεὸς λέγει· τίμα τὸν πατέρα καὶ τὴν μητέρα. ἡ δὲ παράδοσις ἔλεγε· δῶρ' ὀφείλει τιμᾶν τὸν πατέρα ἢ τὴν μητέρα τῇ δόσει, ὁ ἀναθεὶς τῷ θεῷ, ὡς κορβᾶν, τὸ δοθησόμενον αὐτοῖς γεγονόσι, δῆλον ὅτι ἀνῃρεῖτο ἡ τοῦ θεοῦ περὶ τιμῆς γονέων ἐντολὴ ὑπὸ τῆς τῶν φαρισαίων καὶ γραμματέων παραδόσεως, λεγόντος μηκέτι δεῖν B τιμᾶν τὸν πατέρα, καὶ τὴν μητέρα, τὸν ἄπαξ ἀνατεθεικότα τῷ θεῷ ὃ ἔλαβον οἱ γεγονότες· καὶ ὡς φιλάργυροί γε οἱ φαρισαῖοι, ἵνα τῇ προφάσει τῶν πενήτων λαμβάνωσι καὶ τὰ δοθησόμενα ἂν τοῖς γονεῦσί τινος, τοιαῦτα ἐδίδασκον· καὶ μαρτυρεῖ γε αὐτῇ τῇ φιλαργυρίᾳ τὸ εὐαγγέλιον λέγον· ἤκουον δὲ ταῦτα οἱ φαρισαῖοι φιλάργυροι ὄντες, καὶ ἐξεμυκτήριζον αὐτόν· ἔτι τε δὲ καὶ τῶν λεγομένων ἐν ἡμῖν πεσευτέρων. ἡ ὁ πωποτε ἀρχόντων ἔλαβε, μᾶλλον C τῷ ὀνόματι δὲ κοινῇ βέλτιον διδόναι τοῖς πένησιν, ἢ τοῖς οἰκείοις τοῦ διδόντος εἰ μὴ χοιεν τῶν ἀναγκαίων χρῄζοντες, εἰ μὴ δύναιντο οἱ διδόντες ἀμφότερα ποιεῖν, ἀδελφὸς ἂν ὀνομάζοιτο ἐνδίκως λεγοίτο τῶν ἀχρεωσάντων τὸν λαὸν τοῦ θεοῦ διὰ τὴν παράδοσιν ἑαυτῶν φαρισαίων, εἰ ἐλεγχθέντων ὑπὸ τοῦ σωτῆρος ὑποκριτῶν· καὶ σφόδρα γε ἀποτρεπικά ἐστιν οἱ τοῦ λόγου τῶν πενήτων λαμβάνειν τινὰ παραδόξως, εἰ νομίζειν ποιεῖσθαι εἶναι τὴν ἑτέρων δυσέβειαν, ἐ μόνα ταῦτα, ἀλλὰ καὶ τὰ περὶ τοῦ προδότου ἰούδα γεγραμμένα, ὃς τῷ μὲν δοκεῖν ἐπέτρεβυε * τῶν πενήτων, καὶ ἁγνοοῦντων ἔλεγεν * c. 12. ἠδύνατο δὲ τὸ μύρον πραθῆναι δηναρίων διακοσίων, καὶ δοθῆναι πτωχοῖς· τὸ δὲ ἀληθὲς, κλέπτης ἦν, καὶ τὸ γλωσσόκομον ἔχων, καὶ τὰ βαλλόμενα ἐβάσταζεν. ἔτι τοίνυν εἰ καὶ τὸ ἐκκλησίας ἔχων γλωσσόκομον λέγει μὲν, ὡς ἡ ἰούδας, ὑπὲρ πενήτων, τὰ δὲ βαλλόμενα βαστάζει, τὴν μερίδα ἑαυτῷ τιθεὶς μὴ διὰ ταῦτα D προφάσει τοῦ ἰούδα. δι' ἃ ὡς γάγγραινα νομὴν ἐγκότα ἐν τῇ ψυχῇ αὐτοῦ, ὁ διάβολος ἐβαλεν αὐτοῦ εἰς τὴν καρδίαν τὸν σωτῆρα παραδῶναι, καὶ παραδεξάμενον τὸ πεπωρωμένον περὶ τούτου βέλος, ὕστερον αὐτὸς εἰσελθὼν εἰς τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἐπλήρωσεν αὐτὸν· καὶ τάχα ἐπαν λε-

γό ὁ ἀπόστολος· ῥίζα πάντων τῶν κακῶν ἡ φιλαργυρία, διὰ τὴν ἰούδα λέγε φιλαργυρίαν, ἥτις ῥίζα πάντων τῶν κακῶν ἐστι τῶν κατ' Ἰησοῦ· ἀλλὰ γὲ πανελθωμεν ἐπὶ τὰ προκείμενα, ἐν οἷς ὁ σωτὴρ δύο ἀπὸ τοῦ νόμου ἐπιτεμόμενος ἐντολὰς ἔλεγεν, τὴν μὲν ἀπὸ τοῦ καλόγε ἀπὸ τοῦ ἐξόδου, τὴν δὲ ἀπὸ τοῦ λευιτικοῦ, ἢ τὴν ἄλλην ἀπὸ τινος τῶν ἐν τῇ πεν[illegible]

χα·

χῳ· εἶτα ἐπεὶ διηγησάμεθα πῶς ἠκύρωσαν τὸν λόγον θ θεῦ φάσκοντα. τίμα τὸν πατέρα σε, καὶ τὴν μητέρα σε, οἱ λέγοντες· ὁ τιμήσει τὸν πατέρα ἢ τὴν μητέρα αὐτὸς, ὃς δ' ἂν εἴπῃ τῷ πατρὶ ἢ τῇ μητρὶ αὐτοῦ, δῶρον ὃ ἐὰν ἐξ ἐμοῦ ὠφεληθῇς, ζητήσαμεν ἂν πως ἀ παρέλκει τὸ· κακολογῶν πατέρα ἢ μητέρα θανάτῳ τελευτάτω· ἔσωθεν, ἀ τιμᾷ τὸν πατέρα, καὶ τὴν μητέρα, τῷ καλεμβρῷ κορβᾶν ἀναπηδεῖς τὰ δοθησόμενα αὐτοῖς τιμῶν πατέρα, καὶ μητέρα. πῶς οὖν ἡ τῶν φαρισαίων παράδοσις ἀκυροῖ καὶ τὸν λέγοντα· ὁ κακολογῶν πατέρα, ἢ μητέρα θανάτῳ τελευτάτω; ἀλλὰ μήποτε ὃς ἐὰν εἴπῃ τῷ πατρὶ ἢ τῇ μητρὶ, δῶρον ὃ ἐξ ἐμοῦ ὠφεληθῇς, ὡσπερεὶ λοιδορίαν ἐπιφέρει τῷ πατρὶ ἢ τῇ μητρὶ, οἷος ἱερόσυλος λέγων τοὺς γονεῖς, λαμβάνοντας τὰ ἀνακείμενα τῷ κορβᾶν, ὑπὸ τοῦ ἀνατεθεικότος αὐτὰ αὐτῷ· ἰδοὺ οὖν * ὑμᾶς, ὡς κακολογοῦντας πατέρα, ἢ μητέρα, τοὺς λέγοντας τῷ πατρὶ ἢ τῇ μητρὶ, δῶρον ὃ ἐὰν ἐξ ἐμοῦ ὠφεληθῇς, κολάζει καὶ τὸν νόμον. ὑμεῖς δὲ τῇ μιᾷ ὑμῶν παραδόσει δύο ἐντολὰς θεοῦ ἀκυροῦτε. εἶτα οὐκ αἰδεῖσθε ἐγκαλοῦντες τοῖς ἐμοῖς μαθηταῖς, ἁδεμίαν μὴν ἐντολὴν παραβαίνουσι, πολλῷ γὰρ ἐν πάσαις ταῖς ἐντολαῖς αὐτοῦ καὶ δικαιοῦσιν ἀμέμπτως. παραβαίνουσι δὲ πρεσβυτέρων παράδοσιν δι' ἀλαζονείαν καὶ μὴ παραβῆναι ἐντολὴν θεοῦ. ὅπερ εἰ καὶ ὑμῖν * ἀπεικεῖ, τὴν μὲν περὶ τιμῆς πατρὸς * ἢ μητρὸς ἐντολὴν ἐφυλάξατε ἂν, καὶ τὴν λέγουσαν. ὁ κακολογῶν πατέρα ἢ μητέρα, θανάτῳ τελευτάτω. τὴν δ' ἐναντιομιμῆσαι ταῖς ἐντολαῖς ταύταις τῶν πρεσβυτέρων παράδοσιν οὐκ ἂν ἐφυλάξατε. μὴ δὴ ταύτας ὅλας ἀπὸ τῶν * ἰουδαίων πρεσβυτέρων παράδοσις ὑπὸ τοῦ * προφήτου βουλόμενος διαβάλλειν, λόγον παρέθετο ῥητὸν ὑπὸ Ἠσαΐᾳ, ὅπερ αὐταῖς λέξεσιν ἔστιν ἔχειν, καὶ εἰπὲ κύριος, ἐγγίζει μοι ὁ λαὸς οὗτος ἐν τῷ στόματι αὐτῶν, καὶ τοῖς χείλεσί με τιμῶσιν· καὶ προσεποιοῦμαι γε ὅτι οὐκ αὐταῖς λέξεσιν ἀνεγραψεν ὁ Ματθαῖος τὸ προφητικόν· εἰ δὲ δεῖ διὰ τὸ ἀναγκαῖον χρησάμενον αὐτῷ καὶ τὸ δοκοῦν αὐτῷ διηγήσασθαι, προσληψόμεθα τῶν ἀνωτέρω λέξιν, χρησίμως, οἶμαι, ἡμῖν τετηρημένην εἰς διήγησιν τὸ ἐν τῷ ἀναγκαίῳ ὑπὸ τοῦ προφήτου εἰλημμένης· ἔχει δ' οὕτως ἀπὸ δεξιᾶς τὸ ἐν τῷ Ἠσαΐᾳ ῥητόν· ἐκλύθητε, καὶ ἐκστητε, κεκοπιάκατε οὐκ ὑπὸ σίκερα, οὐδ' ὑπὸ οἴνου. ὅτι πεπότικεν ὑμᾶς κύριος πνεῦμα κατανύξεως, καὶ καμμύσει τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν, καὶ τοὺς προφήτους αὐτῶν, καὶ τοὺς ἀρχόντων αὐτῶν, οἱ ὁρῶντες τὰ κρυπτά. καὶ ἔσται

sunt in Pentateucho. Præterea quoniam diximus, quo pacto abrogaverint sermonem Dei dicentem: *Honora patrem tuum & matrem tuam*, ii qui ajunt: *Non honorificabit patrem suum & matrem suam, quicunque dixerit patri vel matri; Munus est id quo à me juvareris*, quæret aliquis, quomodo non supervacaneum est illud: *Qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur*. Esto enim, non honorat patrem & mattrem, qui consecrat ei quod vocatur Corbam, quæ daturus erat in honorem patris & matris; quomodo igitur Pharisæorum traditio & eum abrogat sermonem dicentem: *Qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur*? Sed fortasse qui dixerit patri vel matri: *Munus est id quo à me adjutus fuisses*, patri & matri quasi convitium facit, velut sacrilegos appellans parentes, qui ea accipiunt quę Corban consecrata sunt, ab eo qui hæc illi consecravit. Iudæi ergo filios tanquam maledicentes patri vel matri juxta Legem puniunt, qui dicunt patri & matri, *Munus est id quo à me fuisses adjutus*: vos autem una vestra traditione duo mandata Dei rescinditis; nec deinde pudet vos Discipulos meos ciminari, ne unum quidem mandatum violantes, ambulant enim in omnibus mandatis ejus & justitiis sine reprehensione; transgrediuntes autem Seniorum traditionem, ne transgrediantur mandatum Dei; quod idem si vobis esset propositum, mandatum de honore erga patrem & matrem observassetis; & illud item quod habet: *Qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur*: mandatis autem illis adversantem Seniorum traditionem non observassetis. Post illas autem, omnes alias quæ apud Judæos sunt Seniorum traditiones ex Prophetis insimulare volens, id quod ab Isaia dictum est apposuit, quod ipsis verbis sic se habet: *Et dixit Dominus: Appropinquat mihi populus iste ore suo*, & quæ sequuntur. Ac antea quidem diximus, non iisdem verbis locum hunc Prophetæ à Matthæo fuisse descriptum. Si vero explicandus ille est pro viribus, propter Evangelium quod eo utitur, verba quæ præcedunt assumemus, utiliter, puto, à nobis observata, ad enarrationem eorum quæ in Evangelio è Propheta petita sunt. Sic autem se habet ab initio id quod dictum est in Isaia: *Defecite, & obstupescite, inebriamini non à sicera, neque à vino, quia potandum vobis dedit Dominus spiritum compunctionis, & claudet oculos eorum, & Prophetarum eorum, & Principum eorum, qui vident occulta. Et erunt vobis verba hæc omnia, sicut verba libri signati, quem si de-*

Isaia 29.13.

Isaia 29. & seq.

derint

derint homini scienti litteras dicentes: Lege hæc & dicet: Non possum legere, signatus enim est. Et dabitur liber ille in manus hominis nescientis literas, & dicet ei? Lege hunc: & dicet; Nescio literas. Et ait Dominus: Appropinquat mihi populus ille, & cætera, usque ad id: *Væ qui in occulto consilium faciunt, & erunt in tenebris opera eorum.* Assumens igitur sermonem qui extat in Evangelio, apposui nonnulla eorum quæ præcedunt illum, & nonnulla eorum quæ sequuntur, ut doceamus, quo pacto minetur sermo claudere oculos illorum de populo, qui obstupuerunt, & inebriati sunt, & poti sunt spiritu compunctionis; minatur & claudere oculos Prophetarum eorum & principum eorum qui profitentur se videre occulta; quæ, opinor, contigerunt, post Servatoris adventum, in illum populum, nam facta sunt illis verba omnia omnium Scripturarum, & Isaiæ, *sicut verba libri signati.* Dictum est autem illud, *signati*, quasi dicas, obscuritate sua clausi, neque perspicuitate aperti; qui quidem æqualiter obscurus est, & iis qui quod literas ignoraverint, legere illum omnino non possunt, & iis qui literas quidem scire se profitentur, sensum vero qui in scriptis reconditus est, non assequuntur. Optime igitur iis addit, quod postquam dissolutus populus à peccatis, & mentis impos furore actus fuerit adversus ipsum, quibus peccatis etiam insaniet contra illum inebriatus spiritu compunctionis, quem potandum ipsi prębebit Dominus, claudens illorum oculos, quasi indigni sint aspicere, & Prophetarum eorum, & principum eorum qui occulta mysteriorum quæ continentur in divinis Scripturis videre se profitentur; & postquam clausi fuerint eorum oculi, tunc prophetica verba erunt illis obsignata & abscondita; quod quidem passus est populus non credentium in Jesum, tanquam Christum. Postquam autem Prophetica verba facta fuerint illis, *sicut verba libri signati,* non iis modo qui nesciunt, sed & iis qui literas scire se profitentur, tunc subjunxit Dominus solo ore appropinquare Judæorum populum Deo; & labiis hunc honorare dicit, quod cor eorum propter incredulitatem erga Jesum longe sit à Domino. Et nunc maxime, ex quo Servatorem nostrum ejurarunt, dici possit illud à Deo-
Isaiæ 29.12 de illis: *Sine causa autem colunt me*; non
Matth.15.9 enim amplius docent Dei mandata, sed hominum; & doctrinas non amplius eas

A ὑμῖν τὰ ῥήματα ταῦτα πάντα, ὡς οἱ λόγοι τοῦ βιβλίου τοῦ ἐσφραγισμένου, ὃ ἐὰν δῶσιν αὐτὸ ἀνθρώπῳ ἐπισταμένῳ γράμματα, λέγοντες· ἀνάγνωθι ταῦτα, καὶ ἐρεῖ. οὐ δύναμαι ἀναγνῶναι, ἐσφράγισται γάρ· καὶ δοθήσεται τὸ βιβλίον τοῦτο εἰς χεῖρας ἀνθρώπου μὴ ἐπισταμένου γράμματα, καὶ ἐρεῖ αὐτῷ· ἀνάγνωθι τοῦτο, καὶ ἐρεῖ. οὐκ ἐπίσταμαι γράμματα. καὶ εἶπε κύριος. ἐγγίζει μοι ὁ λαὸς οὗτος, καὶ τὰ ἑξῆς, ἕως τοῦ· οὐαὶ οἱ ἐν κρυφῇ βουλὴν ποιοῦντες, καὶ
B ἔσται ἐν σκότει τὰ ἔργα αὐτῶν· προσλαβὼν τοίνυν τὴν προκειμένην ἐν τῷ εὐαγγελίῳ λέξιν, ἐθέμην τινὰ τῶν πρὸ αὐτοῦ, καί τινα τῶν ἑξῆς αὐτοῦ. ἵνα παραστήσωμεν τινα τρόπον ἀπειλεῖ καμμύσειν τοὺς ὀφθαλμοὺς τῶν ἀπὸ τοῦ λαοῦ ὁ λόγος, ἐκστάντων, καὶ κραιπαλησάντων, καὶ πεποτισμένων πνεύματι κατανύξεως. ἀπειλεῖ δὲ καμμύσαι καὶ τοὺς προφήτας αὐτοῦ, καὶ τοὺς ἐπαγγελλομένους ὁρᾶν τὰ κρυπτὰ ἄρχοντας αὐτῶν, ἅπερ οἶμαι γεγένηται μετὰ τὴν τοῦ σωτῆρος
C ἐπιδημίαν ἐν τῷ λαῷ ἐκείνῳ. γέγονε γὰρ αὐτοῖς πάντα τὰ ῥήματα ὅλων μὲν τῶν γραφῶν, καὶ τοῦ ἠσαΐου δὲ, ὡς λόγοι βιβλίου ἐσφραγισμένου· τὸ δὲ, ἐσφραγισμένου, εἴρηται, οἱονεὶ, κεκλεισμένου τῇ ἀσαφείᾳ, καὶ μὴ ἠνοιγμένου τῇ σαφηνείᾳ, ὅπερ ἐπίσης τοῖς μηδὲ τὴν ἀρχὴν, διὰ τὸ μὴ εἰδέναι γράμματα, ἀναγνῶναι αὐτὸ δυναμένοις, καὶ τοῖς ἐπαγγελλομένοις εἰδέναι γράμματα, ἐστὶν ἀσαφὲς, οὐ γινώσκουσι τὸν ἐν τοῖς
D γεγραμμένοις νοῦν· καλῶς οὖν ἐπιφέρει τοῖς, ὅτι ἐπὰν ἐκλυθεὶς ὑπὸ τῶν ἁμαρτημάτων ὁ λαὸς, καὶ ἐκστὰς μανῇ κατ' αὐτοῦ, οἷς καὶ κραιπαλήσει κατ' αὐτοῦ πνεύματι κατανύξεως, ὃ ποτισθήσεται ὑπὸ τοῦ κυρίου, καμμύοντος αὐτῶν τοὺς ὀφθαλμοὺς, ὡς ἀναξίους τοῦ βλέπειν, καὶ τοῦ προφητῶν αὐτῶν, καὶ τοῦ ἀρχόντων αὐτῶν, τοῦ ἐπαγγελλομένων βλέπειν τὰ κρυπτὰ τοῦ ἐν ταῖς θείαις γραφαῖς μυστηρίων. καὶ ἐπὰν καμμύσωσιν αὐτοῦ οἱ ὀφθαλμοὶ, τότε αὐτοῖς ἔσται
E τὰ προφητικὰ ῥήματα ἐσφραγισμένα, καὶ ἐπικεκρυμμένα· ὅπερ πεπόνθασιν ὁ λαὸς ὁ τοῦ μὴ πιστεύοντων εἰς τὸν ἰησοῦν ὡς χριστόν· ἐπὰν δὲ γένηται τὰ προφητικὰ αὐτοῖς ὡς λόγοι βιβλίου ἐσφραγισμένου, οὐ μόνον τοῖς μὴ εἰδόσιν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐπαγγελλομένοις εἰδέναι γράμματα, τότε εἶπεν ὁ κύριος μόνῳ τῷ στόματι ἐγγίζειν τὸν λαὸν τοῦ ἰουδαίων τῷ θεῷ, καὶ τοῖς χείλεσι τιμᾷν αὐτόν φησι, διότι ἡ καρδία αὐτοῦ διὰ τὴν εἰς τὸν ἰησοῦν ἀπιστίαν πόρρω ἐστὶν ἀπὸ κυρίου· καὶ νῦν μάλιστα ἐξ οὗ τὸν σωτῆρα ἡμῶν ἠρνήσαντο, λεχθείη ἂν ὑπὸ τοῦ θεοῦ περὶ αὐτοῦ τό. μάτην δὲ σέβονταί με, οὐκέτι γὰρ διδάσκουσιν ἐντάλματα θεοῦ, ἀλλὰ ἀνθρώπων, καὶ διδασκαλίας οὐκέτι

οὐκέτι τῆς ἀπὸ τοῦ θεοῦ πνεύματος σοφίας, ἀλλὰ τῆς ἀνθρωπίνας· ὅθεν τούτων αὐτοῖς συμβαινόντων, μετέθηκεν ὁ θεὸς τὸν τῶν ἰουδαίων λαὸν, καὶ ἀπώλεσε τὴν σοφίαν αὐτῶν τὴν παρ' αὐτοῖς σοφῶν, οὐκέτι γάρ ἐστι σοφία παρ' αὐτοῖς, ὡς ὅτε προφητεία. ἀλλὰ καὶ τὴν συνέσιν τῶν συνετῶν λαοῦ καταβρύχει πάλιν· καὶ ἔκρυψεν ὁ θεὸς, καὶ οὐκέτι ἐστὶ λαμπρὰ ἡ ἀποφάνσις. διὸ κἂν δοκῶσι βουλήν τινα βαθέως ποιεῖν, ἃ διὰ τοῦ κυρίου αὐτὴν ποιοῦντες ταλανίζουσι, κἂν κρυπτά τινα ἐπαγγέλλωνται βουλῆς θείας, ψεύδονται, ἐπεὶ τὰ ἔργα αὐτῶν φῶς ἐστιν, ἀλλὰ σκότος καὶ νυκτός· διὰ βραχέων οὖν ἔδοξεν ἡμῖν ἐκθέσθαι τὴν προφητείαν, καὶ τὸ ἀπροσδιόνυσον σαφήνισαι αὐτῇ. ἐπεὶπερ ἐμνήσθη αὐτοῦ ὁ Ματθαῖος, ἐμνήσθη καὶ ὁ Μάρκος, ἀφ' ἧς χρησίμως ὠφελησόμεθα περὶ τῆς παραβάσεως τῶν πρεσβυτέρων ἀξιούντων νίπτειν τὰς χεῖρας, ὅταν ἄρτον ἐσθίωσιν οἱ ἰουδαῖοι, τὰ κατὰ τὸν τρόπον αὐτῶς ἔχοντα. οἱ γὰρ φαρισαῖοι, καὶ πάντες οἱ ἰουδαῖοι, ἐὰν μὴ πυγμῇ νίψωνται τὰς χεῖρας, οὐκ ἐσθίουσι, κρατοῦντες τὴν παράδοσιν τῶν πρεσβυτέρων· καὶ ἀπ' ἀγορᾶς, ἐὰν μὴ βαπτίσωνται, οὐκ ἐσθίουσι. καὶ ἄλλα τινά ἐστιν, ἃ παρέλαβον κρατεῖν, βαπτισμοὺς ποτηρίων, καὶ ξεστῶν, καὶ χαλκείων, καὶ κλινῶν· καὶ προσκαλεσάμενος τὸν ὄχλον, ἔλεγεν αὐτοῖς· ἀκούετε καὶ συνίετε, τὰ τοιαῦτα· σαφῶς διὰ τούτων ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος διδασκόμεθα, ἀναγινώσκοντες ἐν τῷ λευιτικῷ, καὶ ἐν τῷ δευτερονομίῳ τὰ περὶ καθαρῶν, καὶ ἀκαθάρτων βρωμάτων, ἐφ' οἷς ὡς μιαινομένοις ἐγκαλοῦσιν ἡμῖν οἱ σωματικοὶ ἰουδαῖοι, καὶ οἱ ὀλίγῳ διαφέροντες αὐτῶν ἐθνικοί, μὴ νομίζειν τὸν σκόπον εἶναι τῇ γραφῇ περὶ τούτων νοῶν· εἰ γὰρ εἰσερχόμενον εἰς τὸ σῶμα κοινοῖ τὸν ἄνθρωπον, ἀλλὰ τὸ ἐξερχόμενον ἐκ τοῦ σώματος, καὶ μάλιστα ἐπεὶ κατὰ τὸν μάρκον ἔλεγε ταῦτα ὁ σωτὴρ, καθαρίζων πάντα τὰ βρώματα, δῆλον ὅτι ἃ κοινούμεθα μὴ ἐσθίοντες οἱ ἰουδαῖοί φασι, τῷ γράμματι τοῦ νόμου δοκεῖν ἐθέλοντες, εἶναι ἀκάθαρτα, τότε ἂν κοινούμεθα, ὅτε δέον τὰ χείλη ἡμῶν δεδέσθαι ἀγαθῆσει, καὶ ποιεῖν ἡμᾶς οἷς λέγομεν ζυγὸν καὶ σταθμὸν, λέγομεν μὴ τὰ προσπίπτοντα, διαλογιζόμενα ἂν τὰ μὲν δέοντα, ἀφ' ὧν ἡ πηγὴ ἡμῖν ἔρχεται τῶν ἁμαρτημάτων· καὶ πέπεισται γέ ἐστι θεοῦ νόμῳ ἀπαγορεύειν τὰ ἀπὸ κακίας, καὶ προστάσσειν τὰ καλὰ δρᾶν τῷ. τὰ δὲ τῷ ἰδίῳ λόγῳ ἀδιάφορα, ταῦτα ἐὰν ὑπὸ χόρας, δι' ὠμάρτυρα, διὰ τοῦ προαιρέσεως καὶ τὴν ἐν ἡμῖν λόγον· ἁμαρτανόμενα μὴ κακῶς πράττεσθαι, καθορθούμενα δὲ γίνεσθαι καλῶς· ταῦτα δέ τις ὑπομελῶς νοήσας, οὐ ψεύσεται ὅτι καὶ τὰ νομιζόμενα ἀγαθὰ, οἷόν τε ἐστὶ κα-

Aquæ sunt à sapientia Spiritus, sed humanas. Unde cum hæc illis acciderint, transtulit Deus populum Judæorum, & perdidit sapientiam illorum qui apud eos erant sapientum: nec enim amplius apud illos est sapientia, ut neque Prophetia, sed & intelligentiam intelligentium populi defodit, & occuluit Deus, nec amplius splendida est & illustris; propterea etiamsi videantur consilium aliquod profunde agitare, cum id propter Dominum non faciant, miseri dicuntur; & si occulta aliqua divini consilii enuntiaturos se profiteantur, mentiuntur, quoniam opera illorum non lucis sunt, sed tenebrarum & noctis. Visum est autem nobis paucis verbis Prophetiam, & illius aliqua ex parte explicationem aperire, quoniam meminit illius Matthæus, meminit & Marcus: unde circa transgressionem Seniorum statuentium ut cum panem comedant Judæi, lavent manus, utiliter producemus ea quæ hoc loco sic se habent: *Pharisæi enim, & omnes Iudæi, nisi crebro laverint manus, non manducant, tenentes traditionem Seniorum. Et à foro nisi baptizentur, non comedunt; & alia multa sunt quæ tradita sunt illis servare, Baptismata calicum, & urceorum, & æramentorum, & lectorum. Et convocatis ad se turbis dixit eis: Audite & intelligite,* & quæ sequuntur. Dilucide his verbis à Servatore docemur, cum in Levitico vel in Deuteronomio legimus ea quæ de mundis & immundis cibis tradita sunt, propter quæ nos ut violatores accusant Judæi corporales, & parum ab his discrepantes Ebionæi, non Scripturæ scopum esse arbitrari, eum qui obvius est super iis rebus sensum. Nam si *non quod intrat in os, coinquinat hominem, sed quod procedit ex ore*, & maxime, quoniam, juxta Marcum, hæc dixit Servator, *purgans omnes escas*, manifestum est non inquinari nos ea comedentes quæ Judæi literæ Legis servire volentes immunda esse pronuntiant; tunc autem inquinari, quando cum oporteat labia nostra ratione vincta esse, nosque iis quæ dicimus stateram & libram adhibere, obvia quæque loquimur quidem, cogitamus autem non necessaria, unde fons nobis scaturit peccatorum. Ac decet quidem Dei Legem ea quæ è nequitia profluunt, vetare; quæ vero ad virtutem pertinent, præcipere; quæ vero ex se sunt indifferentia, suo loco relinquere, ea videlicet quæ male fieri possunt, si ex instituto, & ex ea quæ in nobis est ratione in iis peccemus: recte autem fieri, si ad bonum finem perducantur. Ad hæc

Isaiæ 29.14

Isaiæ 29.15

Marc. 7.3. 4.

Matth. 15. 10.

Matth. 15. 11.

Marc. 7.17.

vero qui diligenter attendet, videbit in iis quæ bona esse creduntur, posse eum peccare, qui male, & ex pravo affectu ea susceperit; & quæ immunda dicuntur, posse pro mundis reputari, si cum ratione iis utamur. Quemadmodum enim delinquentis Judæi circumcisio in præputium reputabitur, & Ethnici recte facientis præputium in circumcisionem; sic & quæ pura existimantur, pro impuris imputabuntur ei, qui nullo modo iis, nempe quando oportet, neque unde oportet, utitur; quæ autem impura dicuntur, *omnia sunt munda mundis; coinquinatis enim & infidelibus nihil est mundum, quoniam inquinata sunt eorum & mens & conscientia*; & hæc polluta cum sunt, omnia impura efficiunt, quæcunque attigerint; quemadmodum rursus è contrario pura mens & pura conscientia pura omnia faciunt, etiamsi impura esse videantur: nec enim præ lascivia, vel studio voluptatis, neque cum dubitatione in utramque partem trahente, utuntur justi cibo & potu, memores dicti illius: *Sive manducatis, sive bibitis, sive quid facitis, omnia in gloriam Dei facite.* Quod si designandi sunt ii qui juxta Evangelium impuri sunt cibi, dicemus, tales esse illos qui ab avaritia subministrantur, & turpis lucri studio comparantur, & præ voluptate sumuntur, & idcirco quod honoratum ventrem pro Deo habeamus; quando videlicet ipse, ejusque appetitus, non ratio, animæ nostræ dominantur. Sed & scientes Dæmoniis usum aliquem fuisse, vel non cognoscentes quidem, suspicantes autem, & ea de re dubitantes, si talibus utamur, non ad Dei gloriam illis usi sumus, neque in nomine Christi, cum non ipsa solum suspicio cibos idolis immolatos esse, comedentem condemnet, sed & de ea re dubitatio; *qui enim dubitat*, juxta Apostolum, *si manducaverit, damnatus est, quia non ex fide: omne autem quod non ex fide, peccatum est.* Ex fide autem manducat is, qui credit in Idolorum templis immolatum non esse id quod comeditur, nec suffocatum illud esse, nec sanguinem; non ex fide vero, qui de aliquo eorum dubitat: & particeps quidem dæmoniorum fit, qui illa dæmoniis immolata esse novit, iisq; nihilominus tamen utitur, cum polluta imaginatione de Dæmonibus sacrificium participantibus. Et Apostolus quidem sciens naturam ciborum nullius detrimenti causam esse ei qui utitur, nec emolumenti ei qui abstinet, sed opiniones, & eam quæ illis inest rationem, dixit: *Esca autem nos non commendat Deo; neque enim si manducaverimus, abundabimus; neque si non manducaverimus*

Rom. 2. 6.

Tit. 1, 15.

1. Cor. 10. 31

Rom. 14. 23

1. Cor. 8. 8.

κῶς καὶ ἀπὸ πάθους λαβόντα, ἁμαρτάνειν. καὶ τὰ λεγόμενα ἀκάθαρτα, δύναται κατὰ λόγον ἐν χρήσει ἡμῶν γινόμενα, λογίζεσθαι καθαρά· ὥσπερ γὰρ ἁμαρτάνοντος ἰουδαίου ἡ περιτομὴ εἰς ἀκροβυστίαν λογισθήσεται, τὸ δὲ καθεφωτος ἀπὸ τῶν ἐθνῶν ἡ ἀκροβυστία εἰς περιτομὴν, ὅτως τὰ μὴ νομιζόμενα καθαρὰ λογισθήσεται εἰς ἀκάθαρτα τῷ μηδὲ ὄντως αὐτοῖς, μηδὲ ὅτε δεῖ, μηδὲ * ὅθεν δεῖ χρωμένῳ. τὰ δὲ λεγόμενα ἀκάθαρτα, πάντα γίνεται καθαρὰ τοῖς καθαροῖς, τοῖς γὰρ μεμιασμένοις, καὶ ἀπίστοις οὐδὲν καθαρὸν, ἐπεὶ μεμίανται αὐτῶν καὶ ὁ νοῦς, καὶ ἡ συνείδησις. καὶ ταῦτα μεμιασμένα, ἅπαντα ποιεῖ μιαρὰ ὧν ἂν ἅψηται. ὡς πάλιν ὁ ἐναντίος ὁ καθαρὸς νοῦς, καὶ ἡ καθαρὰ συνείδησις πάντα ποιεῖ καθαρὰ, κἂν δοκῇ ἀκάθαρτα πηγχάνειν. τὰ γὰρ ἀπὸ ἀκολασίας, οὐδὲ ἀπὸ φιλαδονίας, οὐδὲ μὴ διακρίσεως θεοσεβοῦς εἰς ἑκάτερα ὁ δίκαιος χρῶνται τοῖς βρώμασιν ἢ πόμασι, μεμνημένοι δὲ. εἴτε ἐσθίετε, εἴτε πίνετε, εἴτε τι ἄλλο ποιεῖτε, εἰς δόξαν θεοῦ ποιεῖτε· εἰ δὲ χρὴ ὑπογράψαι τὰ τὸ εὐαγγέλιον ἀκάθαρτα βρώματα, φήσομεν ὅτι ταῦτα εἴρηται ἀπὸ πλεονεξίας πεποιημένα. καὶ ἀπὸ ἀφειδείας θεοσεβείας πεποιημένα. καὶ ἀπὸ φιλαδονίας λαμβάνομενα, καὶ ἀπὸ θεοποιείσθαι πεμένων τὴν γαστέρα, ὅταν αὐτὴ, καὶ αἱ καὶ αὐτῶν ὀρέξεις, καὶ μὴ ὁ λόγος, ἄρχητ' ψυχῆς ἡμῶν. ἀλλὰ καὶ γινώσκοντες δαιμονίοις κεχθαί τινα, καὶ μὴ γινώσκοντες μὲν, ὑπονοοῦντες δ', καὶ διακεινόμενοι περὶ τούτου, εἰ χρησόμεθα τοῖς τοιούτοις, οὐκ εἰς δόξαν θεοῦ αὐτοῖς κεχρήμεθα, οὐδὲ ἐν ὀνόματι χριστοῦ, ὁ μόνον τὸ περὶ εἰδωλόθυτα εἶναι ὑπολήψεως κατακεκρίσης τὸν ἐσθίοντα, ἀλλὰ καὶ τὸ περὶ τούτου διακρίσεως· ὁ γὰρ διακρινόμενος, κἂν τὸν ἀπρόσκοπον, ἐὰν φάγῃ, κατακέκριται, ὅτι οὐκ ἐκ πίστεως. πᾶν δὲ ὃ οὐκ ἐκ πίστεως, ἁμαρτία ἐστὶν· ἐκ πίστεως μὲν οὖν ἐσθίει ὁ πεπεισμένος μὴ εἶναι εἰδώλιόν τι τὸ ἐσθιόμενον, μηδὲ πικρὸν αὐτὸ εἶναι, ἢ αἷμα. οὐκ ἐκ πίστεως δὲ, ὁ περὶ τούτων πνὸς διακρινόμενος. καὶ κοινωνὸς δὲ τῶν δαιμονίων γίνεται ὁ καὶ αὐτὰ εἰδὼς δαιμόνιος τελεῖν· καὶ οὐδὲν ἧττον χρώμενος μὴ μεμολυσμένης τοῦ περὶ τῶν δαιμονίων κοινωνησάντων τῇ θυμα φαντασίας· ὁ δὲ ἀπόστολος μέντοι πίστιν ἔχων τοῦ μὴ τῇ φύσιν τῶν βρωμάτων αἰτίαν εἶναι βλάβης τῷ χρωμένῳ, ἢ ὠφελείας τῷ ἀπεχομένῳ, ἀλλὰ τὴν δόγματα, καὶ τὴν ὑπάρχοντα λόγον, εἶπε. βρῶμα δὲ ἡμᾶς οὐ παραστήσει τῷ θεῷ· οὔτε γὰρ ἐὰν φάγωμεν περισσεύομεθα, οὔτε ἐὰν μὴ φάγωμεν ὑστερούμεθα· καὶ ἐπειδὴ πίστις ἀληθὴς μεγαλοφυέστερον

σεσθαι νοοῦντας τὸν νόμον πίνακα καθαρὰ, καὶ πίνακα ἀκάθαρτα, ἀποστρεφομένους τὰ δεῖ ἔχειν ὡς καθαροῖς, καὶ ἀκαθάρτοις διαφοραῖς, * ὃ δὴ δεισιδαιμονίας, οἶμαι, ἐν διαφόροις, * ὃν διαφορεῖν τῇ χρήσει τῶν βρωμάτων, καὶ διὰ τοῦτο Ἰουδαίων ὡς παρανόμους κρίνεσθαι, διὰ ἓν ἐπί τισι· μὴ οὖν κρινέτω τις ἡμᾶς ἐν βρώσει, ἢ ἐν πόσει, καὶ τὰ ἑξῆς, διδάσκων ἡμᾶς ὅπου μὲν κατὰ τὸ γράμμα, σκιά ἐστι, τὰ δὲ ἀληθῆ δὲ νόμου ἐναποκείμενα τοῖς νοήμασι τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι ἀγαθά, ἐν οἷς ἔστιν εὑρεῖν πίνακα τὰ καθαρὰ τῶν ψυχῆς πνευματικὰ βρώματα, καὶ πίνακα τὰ ἀκάθαρτα ἐν λόγοις ψευδέσι, καὶ ἐναντίοις, βλαπτόντα τὸν τρεφόμενον ἐν αὐτοῖς· σκιὰν γὰρ εἶχεν ὁ νόμος τῶν μελλόντων ἀγαθῶν· ὥσπερ οὖν ἐν πολλοῖς καὶ ἄλλοις νοητέον τὸ θαυμαζόμενον παρὰ Ἰουδαίοις ἐπὶ τοῖς σωτῆρος λόγοις, ὅτι ἐν ἐξουσίᾳ ἐλέγοντο, οὕτως καὶ ἐπὶ τοῦ κατὰ τὸν τόπον. τὸν ὄχλον γὰρ προσκαλεσάμενος, εἶπεν αὐτοῖς· ἀκούετε καὶ συνίετε, καὶ τὰ ἑξῆς. καὶ τοῦτ' ἔλεγε, φαρισαίων σκανδαλιζομένων ἐπὶ τούτῳ τῷ λόγῳ, ὡς διὰ τὰ μοχθηρὰ δόγματα, καὶ τὴν φαύλην παρὰ τὸν νόμον ἐκδοχήν, οὐκ ὄντων φυτείας τοῦ οὐρανίου ἐν ἐραναῖς ἑαυτοῦ πατρὸς, καὶ διὰ τοῦτ' ἐκριζωθήσεσθαι· ἐξερρίζωθησαν γὰρ μὴ παραδεξάμενοι τὸν ὑπὸ τοῦ πατρὸς γεωργηθέντα ἄμπελον ἀληθινὸν Ἰησοῦν Χριστόν. πῶς γὰρ ἠδύναντο εἶναι φυτεία τοῦ πατρὸς οἱ ἐπὶ τοῖς Ἰησοῦ σκανδαλισθέντες λόγοις, ἀφισάσι μὴ τοῦ Ἰ. μὴ ἄψῃ, μηδὲ γεύσῃ, μηδὲ θίγῃς, ἀλλὰ πάντα εἰς φθοράν τῇ ὑποχρήσει, κατὰ τὰ ἐντάλματα καὶ διδασκαλίας τῶν ἀνθρώπων, προσάγουσι τὸν σωτῆρα ἑαυτῶν ἀκροατὴν τῶν τὰ ἄνω δεῖ τῶν ζητεῖν, καὶ μὴ ἐπιγῆς, ὡς οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ ἐπεὶ διὰ τὰ μοχθηρὰ δόγματα ἐφυτεία ἦσαν τοῦ ἐν ἐρανοῖς πατρὸς οἱ φαρισαῖοι, διὰ τοῦτο ὡς δεῖ ἀνάπτων αὐτῶν λέγει τοῖς μαθηταῖς Θ. ἄφετε αὐτούς, ἄφετε, διὰ τοῦτο, ὅτι τυφλοί εἰσιν ὁδηγοὶ αὐτοὶ ἀφιστάνουσι τοῦ τυφλότητος καὶ ζητεῖν ὁδηγούς, οἱ δὲ ἐπαγγέλλονται δυνάμενοι τοῦ ἑαυτῶν τυφλότητος, ὁδηγεῖν τυφλούς, ὁ λογιζόμενοι ἐμπεσεῖσθαι εἰς βόθυνον, ὡς ἐν ψαλμοῖς γέγραπται· λάκκον ὤρυξε, καὶ ἀνέσκαψεν αὐτὸν, καὶ ἐμπεσεῖ εἰς βόθρον ὃν ἐρυγάτω· ἀλλαχοῦ μὲν οὖν γέγραπται, ὅτι ἰδόντες ὄχλοι, ἀνέβησαν τὸ ὄρος, καὶ καθίσαντος αὐτοῦ προσῆλθον οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ. ἐνταῦθα δὲ ὁρᾷς χεῖρα τοῦ ὄχλου, προσκαλεσάμενον αὐτὸν, καὶ ἀφισάντα τοὺς ῥητοὺς καὶ τὰ νόμου ἐρωτημάτων ἐκδοχῆς, ὅτε πρῶτον μὲν ἔλεγεν αὐτοῖς· ἀκούετε καὶ συνίετε, εἶτα πρὸς τοὺς μαθητὰς εἶπεν ὧν ἤκουσεν. ἑξῆς δὲ ὡς ἐν παραβολαῖς ἔλεγεν αὐτοῖς. ὁ δὲ εἰς-

A *mus, deficiemus.* Et quoniam sciebat eos qui sublimius intelligunt juxta Legem, quænam pura sint & quænam impura, abhorrentes à discrimine in utendo ut puris, & impuris, & superstitione, opinor, circa differentes cibos, iis indiscriminatim uti, propterea que à Judæis tanquam Legis transgressores damnari, idcirco dixit alicubi: *Nemo ergo nos judicet in cibo aut in potu*, & Col.2.16.17
quæ sequuntur, docens nos ea quæ sunt juxta literam, umbram esse; veros autem Legis sensus qui in iis continentur, futura
B esse bona, in quibus reperire est quinam sint puri animæ spirituales cibi, & quinam impuri in sermonibus fallis, & contradicentibus, lædentes eum qui iis innutritus est: *Vmbram enim habebat Lex futurorum bo-* Col.2.17.
norum. Quemadmodum autem in multis Heb.10.1.
animadvertendum est id quod in Servatoris sermonibus admirabantur Judæi, quod nempe in potestate proferrentur, sic & in his qui habentur hoc loco. Cum advocasset igitur turbam dixit illis: *Audite & intelligite*, & quæ sunt deinceps; & illud dixit, cum offenderentur Pharisæi hoc sermone, ut-
C pote qui propter pravas sententias, & pravam Legis acceptionem non essent plantatio Patris sui qui in cœlis est, & Matth.15.13.
ideo eradicarentur; quippe eradicati sunt, Ioh.15.1.
quod non receperint excultam à Patre vitem veram Jesum Christum. Quomodo enim poterant esse plantatio Patris ii qui offendebantur Jesu sermonibus, avertentibus quidem ab eo: *Ne tetigeris neq; gustaveris,*
neque contrectaveris, quæ sunt omnia in interi- Col.2.22
tum ipso abusu, secundum præcepta & doctrinas
hominum; deducentibus verò sapientem
suum auditorem ad quærenda, super illis, Col.3.1.2.
D ea quæ sursum sunt, non quæ super terram, ut Judæi. Et quoniam propter prava sensa Pharisæi plantatio non erant Patris qui in cœlis est; idcirco de illis tanquam insanabilibus, ait Discipulis: *Sinite illos*, sinite, Matth.15.
propterea quod cæci cum sint, deberent cæ- 14.
citatem suam sentire, & duces vitæ quærere; ipsi vero cæcitatem suam non sentientes, cæcos ducere se gloriantur, non cogitantes casuros se in foveam, de qua in Psalmis scriptum est; *Lacum aperuit & effodit* Psal.7.16.
eum, & incidet in foveam quam fecit. Alibi
E igitur scriptum est. *Cum vidisset turbas ascen-* Matth.5.1
disse in montem; *& quum sedisset, accessisse ad*
eum Discipulos ejus: hic autem manum turbæ porrigit, eam advocans, & abducens à supradicta acceptione quæstionum quæ sunt in Lege, quum primum dicebat illis: *Audite & intelligite*, nondum capientibus quæ audiebant; deinde vero, tanquam in para-

bolis dicebat illis: *Non quod intrat in os, coinquinat hominem, sed quod procedit ex ore.* Post illa operæ pretium est animum ad hoc dictum advertere, quod ii cavillantes pervertunt, qui ajunt, non eundem esse Legis & Evangelii Jesu Christi Deum; qui quidem pronuntiant cœlestem Jesu Christi Patrem non esse eorum agricolam, qui sibi videntur juxta Mosis Legem Deum pie colere. Ipse Jesus dixit, Pharisæos qui Deum colebant conditorem mundi & Legis, non esse plantationem quam plantasset cœlestis ipsius Pater, & propterea illam eradicari. Dixeris autem & illa, etiam si pater esset Jesu is qui *introduxit*, & *plantavit* exeuntem de Ægypto populum, *in monte hæreditatis suæ, in firmissimo habitaculo suo*; dixisse tamen Jesum de Pharisæis: *Omnis plantatio quam non plantavit Pater meus, eradicabitur.* Ad hæc vero dicemus, quicunq; propter pravam acceptionem eorum quæ sunt in Lege, non erant plantatio Patris qui in cœlis est, ipsos utpote veritati non credentes, sed in justitia gaudentes, esse mente excæcatos ab eo qui à filiis sæculi hujus pro Deo habetur, propterea que apud Paulum Deus hujus sæculi dicitur. Nec vero existimes, Paulum dicere Deum hunc revera nostrum esse; quemadmodum enim venter, cum Deus non sit eorum qui voluptatem plurimi facientes, voluptatis potius quam Dei amatores sunt, à Paulo Deus illorum appellatur; ita etiamsi Deus non sit princeps sæculi hujus, de quo ait Servator: Nunc *princeps hujus mundi judicatus est*, Deus esse dicitur eorum qui spiritum adoptionis accipere nolunt, ut filii fiant sæculi illius, & resurrectionis à mortuis, & propterea manent filii sæculi hujus. Hæc mihi visa sunt necessario fuisse assumta, etiamsi per digressionem dicta fuerint, propter illud: *Cæli sunt duces cæcorum*; quinam autem? Pharisæi, quorum *Deus hujus sæculi excæcavit mentes*, utpote qui incredduli sint, quod in Jesum Christum non crediderint; & excæcavit quidem, *ut non fulgeat eis illuminatio Evangelii gloriæ Dei, in facie Christi.* Non solum autem cavendum est, ne ab illis ducamur cæcis qui sibi ipsi opus esse ducibus sentiunt, quod nondum acceperint facultatem ex sese videndi; sed etiam super omnia cum magna diligentia & cura audiendi sunt illi, qui se in sana doctrina duces esse profitentur; & sanum judicium iis quæ dicuntur adhibendum, ne forte ducti juxta ignorantiam cæcorum, & res quæ ad sinceram doctrinam pertinent minime videntium, cæci & ipsi esse videamur, quod

Exod. 15.17

1. Cor. 4.4.

Phil. 3. 19.

Joh. 16. 11.

Rom. 8. 15. Luc. 20. 34 35. 36.

2. Cor. 4. 4. 6.

ἐρχόμενον εἰς τὸ στόμα κοινοῖ τὸν ἄνθρωπον, ἀλλὰ τὸ ἐκπορευόμενον· μὴ ταῦτα ἄξιον ἰδεῖν λέξιν συκοφαντεμένην ὑπὸ τῶν φασκόντων ἓν τὸν αὐτὸν εἶναι νόμε καὶ εὐαγγελίε ἰησᾶ χριςᾶ θεόν. οἱ πινὲς φασιν ὅτι οὐκ ἔστιν ὁ ἰησᾶ χριςᾶ ἐρήνιος πατὴρ γεωργὸς τῶν κῆ μωσέως νόμον διορθούντων θεὸν δύσεβεῖν· αὐτὸς εἶπεν ὁ ἰησᾶς τὰς φαρισαίας, οἳ ἦσαν λατρεύοντες τῷ κτίσαντι τὸν κόσμον καὶ τὸν νόμον θεῷ, οὐκ εἶναι φυτείαν ἣν B οὐκ ἐφύτευσεν ὁ ἐρήνιος αὐτὸ πατὴρ, καὶ διὰ τοῦτ αὐτὴν ἐκριζοῦσθαι· εἴποις δ' ἂν καὶ τῶν ὧπ καὶ εἴπῃς πατρὶ ἣν ὁ ἰησᾶ ὁ εἰσαγαγὼν, καὶ φυτεύσας τὸν ἀπὸ αἰγύπτε ἐξελθόντα λαὸν εἰς ὄρος κληρονομίας ἑαυτᾶ, εἰς ἕτοιμον καθικητήριον ἑαυτᾶ. εἶπεν ἂν ἰησᾶς ἐπὶ τοῖς φαρισαίοις C. πᾶσα φυτεία ἣν οὐκ ἐφύτευσεν ὁ πατὴρ μᾶ ὁ ἐρήνιος, ἐκριζωθήσεται· ὡσὰς ταῦτα ἔφησομεν ὅτι ὅσοι διὰ τὴν μοχθηρὰν ὡσὶν τῶ κῆ τὸν νόμον ἐνδυχὴν οὐκ ἦσαν φυτεία ᾗ ἐν ἐρανοῖς πατρὸς, ἔθει τετύφλωνται τὰ νοήματα, ὡς μὴ πιςεύοντες τῇ ἀληθείᾳ, ἀλλὰ δόξκάντες τῇ ἀδικίᾳ, ὑπὸ ᾗ θεοποιηθέντ ὑπὸ τῶν ὑῶν ᾗ αἰῶν τέτε, καὶ διὰ ᾗ τ λεγομένε ὡσὰ τῷ πάυλῳ θεὸ ᾗ αἰῶν τέτε· καὶ μὴ νομίσῃς παῦλον * ἡμᾶς ἀληθῶς εἶναι λέγν· ὁ θὸς αὐτὸν θεόν. ὡς γὰ μὴ ἔσα θεὸς ἡ κοιλία τῶν ὑπερπιμώντων τὸν ἡδονὸν, φιληδόνων μᾶλλον ἢ φιλοθέων, λέγε) ὑπὸ πάυλε εἶναι θεὸς αὐτῶν. ἔτως μὴ ὢν θεὸς ὁ ἄρχων ᾗ αἰῶν τέτε, ὡσὶ ᾗ φησὶν ὁ σωτὴρ, νῦν ὁ ἄρχων ᾗ κόσμε D τέτε κέκριται, θεὸς εἶναι λέγε) τῶν μὴ βεληθέντων τὸ πνεῦμα τ ὑοθεσίας λαβεῖν, ἵνα γνῶνται ὑοὶ τ αἰῶν ἐκεῖνε, καὶ τ ἀπασάσεως τ ἐκ νεκρῶν, καὶ διὰ τέτο μεναόντων ἐν τῇ ὑότητι τ αἰῶν τέτε. ταῦτα δέ μοι ἐδόξεν, εἰ καὶ παρεκβατικῶς εἴρηται, ἀναγκαίως παρεῖλῆφθαι διὰ τό. τυφλοί εἰσιν ὁδηγοὶ τυφλῶν· πινες δὲ; οἱ φαρισαῖοι, ὧν ὁ θεὸς τ αἰῶν τέτε ἐτύφλωσε τὰ νοήματα, ὄντων ἀπίσων ὡσὰ τὸ μὴ πεπιςευκέναι εἰς ἰησᾶν χριςὸν, καὶ ἐπE φλωσεν, εἰς τὸ μὴ αὐγάσαι αὐτοῖς τὸν φωτισμὸν τ εὐαγγελίε τ δόξης τ θεᾶ, ὃν ὡσωπω τ χριςᾶ· ἐ μόνον ᾗ ἀπ' ἐκείνων φευκτέον ὁδηγεῖσθαι τυφλῶν, καὶ αὐθανομῶν δεῖται ὁδηγῶν· ὡσὰ τ μηδέπω * αὐτῷ ἀπειληφέναι τὸ ὠάμιν τ δ' αὐτῷ βλέπειν. ἀλλὰ γὰ καὶ ἐπὶ πάντων τῶν ἐπαγγελλομένων ὁδηγεῖν ἐν ὑγιεῖ διδασκαλίᾳ ἐπιμελῶς ἀκεσέον, & κείσιν ὑγιῆ τοῖς λειομένοις ὡσὶν ἀκτέον, μήποτε κατ' ἄγνοιαν τυφλῶν, καὶ μὴ βλεπόντων τὰ πράγματα τ ὑγιᾶς διδασκαλίας ὁδηγεμένοι, πτωχοὶ & αὐτοὶ διὰ τ μὴ βλέπειν τὸν νοῦν τῶν γραφῶν τυγχάνοντες φανῶμεν, οἷς ἀμφο-

ἀμφοτέρως, τοῦτε ὁδηγοῦντα, καὶ ὁδηγέμενον ἐμπεσεῖν εἰς τὸν βόθυνον, φησὶ δ' ἀποφερόμενος ἐξῆς ὑπὲρ τοῦ γεγραπται πινα τρόπον ὁ πέτρος ἀποκριθεὶς εἶπε τῷ σωτῆρι, ὡς μὴ νοήσας τὸ ἐσερχόμενον εἰς τὸ στόμα κοινοῖ τὸν ἄνθρωπον, ἀλλα τὸ ἐκπορευόμενον ἐκ τοῦ στόματος, τὸ φράσον ἡμῖν τὴν παραβολήν. φησὶ δ' ὁ σωτὴρ φησὶ τὸ. ἀκμὴν καὶ ὑμεῖς ἀσύνετοί ἐστε, ὁμοίως, τοσοῦτον μοι συνόντες χρόνον ἔπ' ἀσυνέτες βουλήματος τῶν λεγομένων. καὶ ἐπὶ νοεῖτε ὅτι πᾶν τὸ εἰσερχόμενον εἰς τὸ στόμα, εἰς τὴν κοιλίαν χωρεῖ, καὶ ἀποχωρεῖ ἀπ' αὐτοῦ εἰς ἀφεδρῶνα βάλλεται. ἐπεὶ δὲ τὸν νόμον ᾧ πιστεύειν ἐδόκουν, οὐκ ἦσαν φυτεία τοῦ πατρὸς ἡσοῦ φανεσθαι, ἀλλὰ παρατὴν μοχθηρὰν χρῆσιν, καὶ τῶν ἐν αὐτῷ γεγραμμένων ἐκδοχήν· δύο γὰρ νομμάτων ἦν ὁ νόμος, διακονίας τε θανάτου ἐντετυπωμένης γράμμασι, καὶ ἐδὲν οἰκεῖον ἐχούσης πρὸς τὸ πνεῦμα, καὶ διακονίας ζωῆς τὸ νομιζόμενον ἐν τῷ πνευματικῷ νόμῳ, οἱ μὲν δικαιωθέντες ὑπὸ διαθέσεως ἀληθευούσης λέγειν τό· οἴδαμεν γὰρ ὅτι ὁ νόμος πνευματικός ἐστι, καὶ διὰ τὸ ὁ νόμος ἅγιος, καὶ ἡ ἐντολὴ ἁγία, καὶ δικαία, καὶ ἀγαθὴ, ἔστι ἦσαν φυτεία ἣν ἐφύτευσεν ὁ ἐραύνου πατήρ. οἱ δὲ μὴ ὄντες, ἀλλὰ τὸ ἀποκτεῖνον γράμμα περιέποντες μόνον, οὐκ ἦσαν φυτεία τοῦ θεοῦ, ἀλλὰ τοῦ πονηροῦ τοῦτο καὶ τὴν καρδίαν, καὶ κάλυμμα ἐπιθέντος αὐτῇ, ἰσχύον ἐν ἐκείνοις ὅσον οὐκ ἐπέστρεφον πρὸς τὸν κύριον, ἐὰν γάρ τις ἐπιστρέψῃ πρὸς τὸν κύριον, περιαιρεῖται τὸ κάλυμμα, ὁ δὲ κύριος τὸ πνεῦμά ἐστιν· ἔστι δ' ἂν τις τοῦτον ῥηθῆναι τρόπον, ὅτι ὥσπερ τὸ εἰσερχόμενον εἰς τὸ στόμα κοινοῖ τὸν ἄνθρωπον, οὐκ ἀκάθαρτον νομιζόμενον ἐναι ἐπὶ ἰουδαίων κοινόν. ἕτως τὸ εἰσερχόμενον εἰς τὸ στόμα ἁγιάζει τὸν ἄνθρωπον, καὶ ἐπὶ τῶν ἀνεφαμοτέρων νομιζόμενον ἁγιάζειν ὁ ὀνομαζόμενος ἀρτος τοῦ κυρίου. ἡ ἔστιν, οἶμαι, ὁ λόγος οὐκ εὐκαταφρόνητος, καὶ διὰ τὸ δεόμενος σαφοῦς διηγήσεως, ἕτως ἐμοὶ δοκοῦσης ἔχειν· ὥσπερ τὸ βρῶμα, ἀλλ' ἡ σωειδήσις ἡμῶν διαχρίσεως ἐδόντος κοινοῖ τὸν φαγόντα. ὁ γὰρ διακρινόμενος, ἐὰν φάγῃ καταδικάζεται, ὅτι οὐκ ἐκ πίστεως. καὶ ὥσπερ ἐδὲν καθαρὸν ἐ παρ' αὐτό ἐστι τῷ μεμιασμένῳ καὶ ἀπίστῳ, ἀλλὰ καὶ τὸν μιασμὸν ἀπὸ, καὶ τὴν ἀπιστίαν.

A Scripturarum sensum non perspiciamus; ita ut uterque, & is qui ducit, & is qui ducitur, in foveam cadant, de qua supra diximus. Deinde vero scriptum est, quo pacto Petrus respondens dixerit Servatori, quasi non intelligens id: *Non quod intrat in os, coinquinat hominem, sed quod procedit ex ore,* Matth. 15. 15. hæc verba: *Edissere nobis parabolam.* Ad quæ Servator ficait; *Adhuc & vos sine intellectu estis,* quasi, vos mecum tanto tempore conversati; nondum eorum quæ dicuntur sensum capitis, & nodum intelligitis, pro-

B pterea hominem non coinquinare id quod intrat in os illius, quia in ventrem abit, & inde progrediens in secessum mittitur. Non propter Legem cui servire videbantur, plantatio non erant Patris Jesu Pharisæi, sed propter pravam Legis, & eorum quæ in ea scripta sunt, acceptionem. Cum enim duo intelligantur in Lege; ministratio mortis impressa literis, neque ullam habens affini- 2. Cor. 3. 7. tatem cum spiritu; & ministratio vitæ quæ intelligitur in spirituali Lege; qui poterant ex affectu sincere dicere hæc: *Scimus enim* Rom. 7. 12, *quia lex spiritualis est,* & propterea *Lex san-* 14.

C *cta, & mandatum sanctum, & justum, & bonum,* illi erant plantatio quam plantavit Pater cœlestis; qui vero tales non erant, sed mortiferam solum literam tuebantur, non erant plantatio Dei, sed ejus qui induraverat cor illorum, eique velamen imposuerat, quod in illis vim obtinebat, quamdiu ad Dominum non convertebantur. *Si* 2. Cor. 3. 16. *quis enim conversus fuerit ad Dominum, auferetur velamen, Dominus autem Spiritus est.* Dixerit autem aliquis qui in hunc inciderit locum, quemadmodum *Non quod intrat in os, coinquinat hominem,* etiamsi existimetur à

D Judæis impurum; ita quod ingreditur in os, non sanctificare hominem, etiamsi à simplicioribus existimetur sanctificare, id quod Domini panis appellatur. Et sermo quidem ille minime, opinor, aspernandus est, propterea que perspicua indigens explicatione, quæ mihi ita se habere videtur. Quemadmodum non cibus, sed conscientia ejus qui cum dubitatione comedit, comedentem coinquinat: *Nam qui dubitat, si manducaverit, damnatus est, quia non ex fide;* & quem- Rom. 14. 23 admodum inquinato & incredulo nihil purum est, non quidem per se, sed propter illius contaminationem & incredulitatem; ita id quod *sanctificatum est per verbum Dei* 1. Tim. 4. 5. *& orationem,* non ex se utentem sanctificat; nam si id ita esset, sanctificaret & illum qui indigne Domino comedit, nec ullus propter cibum hunc infirmus factus fuisset, aut imbecillis, aut mortuus; tale enim quidpiã

*C.R.a. ἕτως τὸ ἁγιαζόμενον διὰ λόγου θεοῦ ἐντεύξεως, ἤτοι ἰδίῳ λόγῳ ἁγιάζει τὸν χρώμενον. εἰ γὰρ ἐσθίει, ἡγίαζε γὰρ ἂν ἐσθίοντα C.R.b. ἀναξίως ἔντευξιν, ἐσθίει ἂν διὰ τὸ βρῶμα τοῦτο ἀσθενὴς, ἢ ἄρρωστος γίνεται, ἢ ἐκοι-

1.Cor.11.30 Paulus docuit his verbis: *Ideo inter vos multi infirmi, & imbecilles, & dormiunt multi.* Ac proinde in pane Domini utilitas est ei qui utitur, cum intemerata mente, & pura conscientia panis fit particeps. Sic autem neque bono aliquo privamur, ex eo quod non comedamus de pane per verbum Dei & orationem consecrato, nempe propter ipsam ab esu abstinentiam; neque ex eo quod comedamus, bono aliquod abundamus: nam causa privationis, malitia est, & peccata; & abundantiæ causa, justitia est & recte facta: ut tale sit id quod à Paulo dici-

1.Cor.8.8. tur his verbis: *Neque enim si manducaverimus, abundabimus, neque si non manducaverimus, deficiemus.* Quod si vero id *omne quod intrat in os, in ventrem vadit, & in secessum emittitur*; & cibus ipse per verbum Dei & orationem consecratus, secundum illud quidem ipsum quod materia constat, in ventrem abit, & in secessum ejicitur: secundum

Rom.12.6 orationem autem quæ illi accessit, *juxta proportionem fidei*, utilis fit, efficitque ut perspicax fiat animus, spectans ad id quod prodest; nec panis materia, sed super eum prolata oratio, ea est quæ illum juvat, qui non indigne Deo hunc comedit. Et hæc quidem de typico & symbolico corpore. Multa autem de ipso Verbo dici queant, quod caro factum est, verusq; cibus, quem qui comederit, omnino in æternum vivet, cum nullus

Ioh.1.14, & 6.51. malus eum possit comedere; nam si fieri posset, ut in vitiositate perseverans comederet eum qui caro factus est, cum Verbum sit, & panis vivus, scriptum non fuisset; *Qui-*

Ioh.6.52. *cunque manducaverit hunc panem, victurum eum in æternum.* Postea videam⁹ qua ratione quæ egrediuntur & polluunt hominem, nõ propterea hominem polluunt, quod ex ore egrediantur; sed causam polluendi in corde habent, quando egrediuntur ex illo cogitationes malæ, ante illa quæ egrediuntur per os, quarum species sunt; *Homicidia,*

Matth.15. 19.20. *adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemiæ; hæc enim sunt quæ coinquinant hominem,* cum è corde exeunt, & inde egressa transeunt per os: adeo ut, si extra cor non prodirent, sed ibi circa cor retinerentur, nõ concessa illis facultate ut ore efferrentur, citissime profecto evanescerent, nec amplius homo polluereturus. Fons itaque & omnis peccati principium sunt malæ cogitationes, nisi enim hæ victrices fuerint, neque homicidia futura sunt, nec adulteria, nec aliud quid simile: propterea unusquisq; omni custodia suum cor servare debet: etenim cum

1.Cor.4.5. venerit Dominus in die judicii, *Illuminabit*

μᾶϛ. τοιᾶϛν γάρ π ὁ παῦλος παρέσησεν ἐν τῷ· διὰ ϝτ ἐν ὑμιν πολλοὶ ἀϑενεῖς, ϰ ἄῤῥωσοι, ϰοιμῶν) ἱϰανοί· ϛ ϶Πι ϝ ἀρετ ϛῶνω ϝ ϰυρίε ἡ ὠφελεία τῷ χωμῷ ἐϛὶν, ἐπαν ἀμιαύτῳ τῷ νῷ, ϰαὶ ϰαθαρᾷ τῇ συνειδήϭει μεταλαμβάνῃ ϝ ἀρετ· ὕτω ϑ ὅτε ϵ̓ν ϝ μὴ φαγεῖν, παρ' αὐϛ τ μὴ φαγεῖν ἀπ ϝ ἀγαθοῦντ ϴ λόγῳ θεῦ ϰαὶ ἐντεύξει ἀρετ, ὑϛερούμεθα ἀγαθ πνϴ, ὅτε ϵ̓ν ϝ φαγεῖν περιϵϭόμῳ ἀγαθ πνι. τ γ ἄπον τ ὑϛερήϭεως, ἡ ϰαϰία ἐϛὶ ϰ τὰ ἁμαρτήματα. ϰ τ ἄπον τ περιϭεύϭεως, ἡ δικαιοϭύνη ἐϛὶ ϰαὶ τὰ ϰατορθώματα, ὡϛ τοῦϛο εἶναι τ ϖρὸϛ τῷ παύλῳ λεγόμενον ἐν τῷ. ὅτε ἐὰν φάγωμεν περιϭεύόμεθα, ὅτε ἐὰν μὴ φάγωμεν ὑϛερούμεθα· εἰ ϑ πᾶν τ εἰϛπορευόμενον εἰϛ τ ϭόμα, εἰϛ ϰοιλίαν χωρεῖ, ϰ εἰϛ ἀφεδρῶνα ἐϰβάλλε), ϰ ϑ ἐν τῷ ϶Πνεύμαϛι ἁγίῳ αὐτῷ ϖροϭφερόμενον ἄρτ ϛος, ϵ̓ϛὶ τῷ ϰοιλίᾳ μὲν τ ὑλιϰὸν εἰϛ τοῦϛο ϰοιλίαν χωρεῖ, ϰ εἰϛ ἀφεδρῶνα ἐϰβάλλε), ϰ ϑ ἐν τῷ ϶Πνεύμαϛι αὐτῷ ϖροϭφερόμενον ἄρτ ϛος, ϵ̓ϛὶ

ἐλθὼν ὁ κύριος, φωτίσει τὰ κρυπτὰ τοῦ σκότους, καὶ φανερώσει τὰς βουλὰς τῶν καρδιῶν. μεταξὺ πάντων τῶν λογισμῶν ἀνθρώπων κατηγορουμένων, ἢ καὶ ἀπολογουμένων, ἵνικα ἐὰν κυκλώσῃ αὐτὸς τὰ διαβούλια ἑαυτοῦ. τοιοῦτοί εἰσιν οἱ πονηροὶ διαλογισμοὶ, ὡς ἔστ' ὅτε καὶ τὰ δοκοῦντα ἀγαθὰ, καὶ ὅσον ἐπὶ τῇ κρίσει τῶν πολλῶν ἐπαινετὰ, ψεκτὰ ποιεῖν· ἐὰν γοῦν ποιῶμεν ἐλεημοσύνην ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ἐν τοῖς διαλογισμοῖς ἡμῶν σκοποῦντες τὸ θεαθῆναι τοῖς ἀνθρώποις φιλάνθρωποι, καὶ ἐπὶ φιλανθρωπίᾳ δοξασθῆναι, ἀπέχομεν τὸν μισθὸν τῶν ἀνθρώπων μισθόν. καὶ ἁπαξαπλῶς πᾶν τὸ γινόμενον μὴ ἐν τῷ περίποντι σωτηρίου ἐπὶ τῷ δοξασθῆναι ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων, οὐκ ἔχει τέλος ἀπὸ τοῦ βλέποντος ἐν τῷ κρυπτῷ, καὶ ἀποδίδοντος ἐν μισθῷ τοῖς ἐν τῷ κρυπτῷ καθαροῖς· ἕως οὖν καὶ ἡ δοκοῦσα ἀγνεία, ἐὰν διαλογισμὸς ἔχητε ἐπὶ κενοδοξίᾳ, ἢ φιλοκερδίᾳ, καὶ ἡ νομιζομένη ἐκκλησιαστικὴ διδασκαλία, ἐὰν ἐν λόγῳ κολακείας ἀνελυθερίᾳ γένηται, ἢ προφάσει πλεονεξίας, ἢ ζητοῦντός τινος τιμὴν ἀπὸ ἀνθρώπων ἐπὶ διδασκαλίᾳ δόξαν, οὐκ ἔστι λελογισμένη ἀπὸ τῶν τεθέντων ὑπὸ τοῦ θεοῦ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ πρῶτον ἀποστόλους· δεύτερον προφήτας, καὶ τρίτον διδασκάλους· τὸ δὲ ὁμοίως ἐρεῖς καὶ ἐπὶ ὁρισθέντος ἐπισκόπου διὰ τιμὴν προσὰν ἀνθρώπους δόξαν, ἢ τιμὴν ἀπὸ ἀνθρώπων κολακείαν, ἢ τὸν ἀπὸ τῶν προσιόντων τῷ λόγῳ πορισμόν, διδόντων προφάσει δυσσεβείας. ὁ γοῦν τοιοῦτος ἐπίσκοπος ὁ καλὸς ἔργον ἐπιθυμεῖ, οὐδὲ δυνάμενος ἀνεπίληπτος, οὐδὲ νηφάλιος, οὐδὲ σώφρων, μεθύων τοῦ δόξης, καὶ ἀκολάστως αὐτῇ ἐμφορούμενος· τὸ γοῦν καὶ πρεσβυτέρων, καὶ διακόνων ἐρεῖς· ταῦτα γὰρ εἰ καὶ δόξωμέν ποτε ἐν παρεκβάσει εἰρηκέναι, ὅρα εἰ μὴ ἀναγκαίως λέλεκται, διὰ τὸ πλῆθος εἶναι πάντων τῶν ἁμαρτημάτων τὰς πονηρὰς διαλογισμὰς, δυναμένας μολῦναι καὶ τὰ, εἰ χωρὶς αὐτῶν περίποιτο, δικαιώσαντα ἂν τὸν ποιήσαντα· ἵνα μὴ οὖν τὰ κοινωνοῦντα, καὶ δυνάμενα ἡμῖν ὀφελῆσαι. τὸ γὰρ ἀνίπτοις χερσὶ φαγεῖν, οὐ κοινοῖ τὸν ἄνθρωπον, ἀλλ' εἰ δεῖ τολμήσαντα εἰπεῖν, κοινοῖ τὸν ἀνίπτῳ καρδίᾳ ὁποτοῦν φαγεῖν, ὃ πέφυκε τὸ ἡγεμονικὸν ἡμῶν ἐσθίειν.

A *abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium*; omnibus interim cogitationibus homines accusantibus, vel excusantibus, quum videlicet illorum consilia eos circumsteterint. Tales autem sunt malæ cogitationes, ut nonnunquam ea quæ bona videntur & opinione multorum laudanda, reprehensione digna efficiant. Si igitur eleemosynam facimus coram hominibus, in cogitationibus nostris ad id attendentes, ut hominibus videamur esse humani, & humanitatis nomine celebremur, mercedem recepimus ab hominibus: & in universum quidquid ita fit, ut is qui facit, conscius sibi sit se inde gloriam ab hominibus expectare, mercedem non habet ab eo qui videt in occulto, & mercedem reddit iis qui in occulto puri sunt. Sic igitur & quæ videtur esse castimonia, si cogitationes habeat ad inanis gloriæ vel lucri cupiditatem spectantes; & quæ existimatur esse doctrina ecclesiastica, si per adulatorium sermonem illiberalis fiat, vel lucri alicujus oblata occasione, vel cum quis ab hominibus doctrinæ nomine gloriam quærit, non eorum censetur

B Rom. 2. 15. Matth. 6. 1. 2.

C esse, quos *Posuit Deus in Ecclesia primum Apostolos, secundo Prophetas, tertio Doctores.* Similes autem dices de eo *qui Episcopatum desiderat*, ut gloriam apud homines consequatur, vel hominum assentationem captet, vel quæstum ab iis occipiat, qui sermonem fidei amplectentes pietatis causa dant: talis igitur Episcopus *bonum opus non desiderat*, neque *sobrius*, neque *prudens*; utpote qui gloria ebrius sit, & intemperanter illa fuerit ingurgitatus. Idem quoque de Presbyteris, & Diaconis dices: Hæc autem etiamsi videamur per digressionem dixisse, vide tamen, annon necessario dicta sint, quod peccatorum omnium fons sint malæ cogitationes, ea etiam polluere valentes, quæ si absque illis facta fuissent, facientem justum fecissent. Quænam igitur ea sint quæ coinquinant, à nobis pro virili disputatum est: illotis autem manibus comedere, hominem non coinquinat: sed, si audacter pronuntiandum est, illoto corde quidvis comedere, quod à natura comparatum est, ut mens nostra comedat, illud vero polluit.

1. Cor. 12. 28. 1. Tim. 3. 1. 8.

D

E

Περὶ τῆς χαναναίας.

Καὶ ἐξελθὼν ἐκεῖθεν ὁ Ἰησοῦς, ἀνεχώρησεν εἰς τὰ μέρη Τύρου καὶ Σιδῶνος, καὶ ἰδοὺ γυνὴ χαναναία ἀπὸ τῶν ὁρίων ἐκείνων ἐξελθοῦσα ἔκραζεν

De Chananæa.

Et egressus inde Iesus, secessit in partes Tyri & Sidonis, & ecce mulier Chananæa. Unde, *inde*? an è terra Genesaret, de qua superius dictum est: *Et quum transfretassent, venerunt*

Matth. 15. 21.

συντελείας τ αἰῶνος. ἐμὴν κ τὰς νύκτας, εἰ πνὶ ἔδωκεν ὁ ἥλιος, σωτὴν αὐτοῖς. εἰ δὲ τοιοῦτόν ἐστὶ τὸ ἕως τῆς συντελείας τ αἰῶνος, δηλονότι καὶ ἀναγκαθησόμεθα πρὸς τ ἕξαδος γεύσασθαι θανάτου τὸν υἱὸν τ ἀνθρώπου ἐρχόμενον ἐν τῇ βασιλείᾳ αὐτ, μὴ τὸ καταξιωθῆναι τ τοιούτου αὐτὸν ἰδεῖν. ἀλλ' ὥσπερ ἐφ' ἃ παρεθέμεθα ῥητ, τὸ κατεπεῖγον ἦν ἡμᾶς μαθεῖν, ὅτι ἕως τῆς συντελείας τ αἰῶνος ὁ καταλείψει ἡμᾶς, ἀλλ' ἔσαι μεθ' ἡμῶν πάσας τὰς ἡμέρας. ἕτως δ ὅτι τότε σαφὲς μᾶλλον ὄιμαι τοῖς βλέπειν εἰδόσιν ἀκολουθίαν πραγμάτων εἶναι, τὸν ἅπαξ ἰδόντα τὸν υἱὸν τ ἀνθρώπου ἐρχόμενον ἐν τῇ βασιλείᾳ αὐτ, κ ἰδόντα αὐτὸν ἐν τῇ δόξῃ αὐτ, κ ἰδόντα τὴν βασιλείαν τ θεοῦ ἐληλυθυῖαν ἐν δυνάμει, οὐκ ἂν μὴ τὴν τ πλιόνων ἀγαθῶν θεωρίαν θανάτου γεύσασθαι. τὸ χωρὶς ὁ τ λόγ τῆς παγγελίας τ ἰησοῦ, οὐκ ἀλόγως δὴ ὑπονοήσαμεν γεύσασθαι θανάτου, ὅσον οὔπω καθηξιώμεθα ἰδεῖν τὴν βασίλειαν τ θεοῦ ἐληλυθυῖαν ἐν δυνάμει, καὶ τὸν υἱὸν τ ἀνθρώπου ἐρχόμενον ἐν τῇ δόξῃ αὐτ, καὶ ἐν τῇ βασιλείᾳ. ἐπεὶ ὁ ἐνταῦθα μὲν γέγραπται παρὰ τοῖς τέσσιν εὐαγγελισταῖς τὸ, ἐὰν μὴ γεύσονται θανάτου, ἐν ὁ ἄλλοις διάφορα τοῦτο θανάτου, οὐκ ἄδηλον πάντα τὸν θάνατον συνεξετάσαι τῷ γεύσασθαι. ἐν μὲν οὖν ψαλμοῖς λέλεκται, τίς ἐστιν ἄνθρωπος ὃς ζήσεται, κ οὐκ ὄψεται θάνατον; κ πάλιν ἐν ἄλλῳ τόπῳ. ἐλθέτω δὲ θάνατος ἐπ' αὐτούς, κ καταβήτωσαν εἰς ᾅδου ζῶντες. ἐν δέ πνι τ προφητ. κατέπιεν ὁ θάνατος ἰσχύσας. ἐν δὲ τῇ ἀποκαλύψει. ὁ θάνατος, καὶ ὁ ᾅδης ἀκολουθεῖ αὐτοῖς. ἐν τούτοις ὃ δοκεῖ μοι ἕτερον μὲν εἶναι τὸ γεύσασθαι θανάτου, ἕτερον δὲ τὸ ἰδεῖν αὐτὸν, κ ἄλλο τὸ ἐλθεῖν αὐτὸν ἐπί πνας, κ τέταρτόν σημαίνειν παρὰ τὰ προειρημένα τ. κατέπιεν ὁ θάνατος ἰσχύσας, καὶ πέμπτόν τι παρὰ ταῦτα ἐν τ. ὁ θάνατος, καὶ ὁ ᾅδης ἀκολουθεῖ αὐτοῖς. ἃ οὐδ' ἀναλεξάμενος τάχα ἄν τις καὶ ἕτερος παρὰ ταύτας ὧν ὑπεμνήσθημεν διαφορὰς, ἃς πάσας παραπλησίως ἀλλήλαις, καὶ ὀρθῶς ζητῶν, σύνεσις δὲ τὰ καθ' ἕκαστον τόπον σημαινόμενα πράγματα. ζητῶν δὲ ἐν τοιούτοις μήποτε ἔλαττον μὲν κακὸν ἐστὶ τὸ ἰδεῖν θάνατον, τοῦτο δὲ μεῖζον τὸ γεύσασθαι αὐτοῦ, τοῦτο δὲ * ὑπερέχειν τὸ ἀκολουθεῖν πνὶ θάνατον, καὶ ἐ μόνον ἀκολουθεῖν, ἀλλὰ καὶ ἤδη ἐλθεῖν ἐπ' αὐτὸν, καὶ καταλαβεῖν ἐκεῖνον ᾧ ἕτερον ἠκολούθει. τὸ δὲ καθαποθῆναι πολὺ βαρύτερον δοκεῖ μοι εἶναι τ εἰρημένων. ὑπισχνοῦμαι δὲ τοῖς εἰρημένοις, κ τὴν διαφορὰν τ ἁμαρτανομένων, ἐκ ὀκνήσεις, ὄιμαι, παρὰ ἕξαδος διασκέπτασθαι νενοηκὼς τὰ ἐνεργήσαντα ταῦτα γραφῆναι ἐν τοῖς λογίοις τ θεοπνεύστοις

A eos non derelicturum quibus doctrinam suam tradiderat; verum non noctu, si cui Sol occideret, futurum cum illis. Quod si tale est illud: *Vsque ad consummationem seculi*; nos coactum non iri liquet id admittere, mortem eos degustasse qui viderunt Filium hominis venientem in regno suo, postquam digni habiti sunt qui talem eum viderent: sed quemadmodum in eo loco quem protulimus, illud necessario nobis discendum est, usque ad consummationem seculi eum à nobis non discessurum, sed nobiscum omnibus diebus futurum; ita & hoc loco perspicuum iis esse opinor qui rerum consequentiam considerare sciunt, cum qui se-

B mel viderit *Filium hominis venientem in regno suo*, eundemque in gloria sua, *& regnum Dei veniens in virtute*, minime illúm post tantorum bonorum inspectionem mortem degustaturum. Non præter rationem autem existimavimus absque promissionis Jesu sermone degustaturos nos mortem, quamdiu digni habiti non fuerimus qui regnum Dei in virtute veniens, & Filium hominis venientem in gloria & regno suo videremus. Quoniam autem hic apud tres Evangelistas scriptum est: *Non gustabunt*

C *mortem*; apud alios autem diversa de morte tradita sunt, extra rem non erit opposita hæc cum voce ea, *gustare*, conferre. In Psalmis igitur dictum est: *Quis est homo qui vivet, & non videbit mortem*: & rursus alibi: *Veniat mors super illos, & descendant in infernum viventes*: & in aliquo è Prophetis: *Absorbuit mors prævalens*: & in Apocalypsi: *Mors & Infernus sequuntur quosdam*. His autem locis aliud mihi videtur esse mortem degustare; aliud videre eam; aliud aliquibus eam supervenire; tum præter prædicta, quartum quid illis significari:

D *Absorbuit mors prævalens*; & quintum quid præterea his verbis: *Mors & Infernus sequuntur eos*. Tu vero præter eas quas protulimus, invenies fortasse differentias, si eas collegeris; quas invicem componens, & recte investigans, res uno quoque loco significatas reperies. Illud autem in his quæro, an minus malum sit mortem videre; majus autem illo, gustare eam; hoc item pejus, mortem sequi aliquem, nec sequi solum, sed & illi supervenire, eumque apprehendere quem prius sequebatur; absorberi autem, omnium eorum quæ dicta sunt, mihi videtur esse gravissi-

E mum. Ad hæc vero quæ diximus, & peccatorum quæ perpetrantur differentias attendens, talia, opinor, à Spiritu qui ea ut in oraculis divinis adscriberentur perfe-

Mare. 9. 1.

Mare. 9. 1. Luc. 9. 27.

Psalm. 88. 49.

Psalm. 54. 16.

Isaiæ 25. 8.

Apoc. 6. 8.

cit

cit excogitata esse animum inducere, non A dubitabis. Quod si præter ea quæ à nobis commemorata sunt, clarius exponendum est quid per eam Filii hominis venientis in regno suo, vel in gloria sua visionem ostenditur, quidque per eam regni Dei in virtute venientis visionem significatur; ea, sive quæ cordibus nostris affulgent, sive quæ quærentibus inveniuntur, sive quæ cogitationes nostras subeunt (unusquisque pro libitu rem æstimet) exponemus. Qui contemplatur & intelligit excellentiam Verbi, omnem rerum falsarum quidem, B verisimilium tamen probabilitatem solventis & confutantis; is Filium hominis, qui juxta Johannis sermonem Verbum Dei est, venientem aspicit in regno suo. Quod si aspicit is non omnem solum contrariarum rerum probabilitatem solvens Verbum, sed & res ad se pertinentes apertissime significans; ille non regnum solum illius, sed & gloriam aspicit, & regnum Dei quoque in virtute veniens in illo intuetur; ac intuetur id quidem, utpote in quem nullum amplius imperium obtineat C

Rom. 6. 12 peccatum, quod in corpore peccatorum mortali regnat, sed semper rerum omnium regi Deo subditus sit, cujus regnum potentia quidem intra nos est; actu autem, vel,

Luc. 17. 21. ut Marcus appellat, in virtute, nequaquam autem in imbecillitate, intra perfectos solum est. Hæc igitur stantibus Discipulis Jesus, non de omnibus illis, sed de *** prædicens pollicitus est.

μαπ. εἰ ὃ ϖ̃ϑ̃ὰ τὰ εἰρημένα σαφέστερον ἐκδέξ δεῖ πὸ δηλοῦσθαι ἐν τῷ ἰδεῖν τὸν ὑὸν ϑ̃ ἀνϑρώπ ἐρχόμενον ἐν τῇ βασιλείᾳ αὐτ̃ϑ̃, ἢ ἐν τῇ δόξῃ αὐϑ̃, ϵ̃ τί σημαίνεται ἐν τῷ ἰδεῖν τὴν βασιλείαν ϑ̃ ϑεοῦ ἐληλυθυῖαν ἐν δυνάμει, τὰ εἴτε ἐλλαμπόμενα ταῖς καρδίαις ἡμῶν, εἴτε ζητῶν δύεται, εἴτε ὑπονοούμενα τοῖς λογισμοῖς ἡμῶν, ἕκασ ϑ̃ ὡς βέλεται καὶ νέτω, ἐκθησόμεθα. ὁ θεωρῶν, καὶ καταλαμβάνων τὴν ἔλεγξ ὑπεροχὴν, λύοντ ϑ̃ καὶ διελέγχοντος πάσας ἐναντίας ὑπὲρ τ̃ ψευδῶν μὲν, ἐπαγγελλομένων δὲ ἀληθειαν πιθανότητας, βλέπει τὸν ὑὸν ϑ̃ ἀνϑρώπ, κατὰ τὸν ἰωάννε λόγον, τὸν λόγον ϑ̃ ϑεοῦ ἐρχόμενον ἐν τῇ ἰδίᾳ βασιλείᾳ. εἰ δὲ βλέποι ὁ τοιοῦτ ϑ̃ τὸν λόγον, ϵ̃ μόνον λύοντα πᾶσαν τὴν ἐναντίων πιθανότητα, ἀλλὰ ϵ̃ τὰ ἴδια τρόπ τάλαντα παρισάντα, βλέποι ἂν αὐϑ̃ ϖ̃ϑ̃ τῇ βασιλείᾳ καὶ τῇ δόξῃ. καὶ ὁ τοιοῦτός γε ἐν αὐτῷ βλέποι ἂν τὴν ϑ̃ ϑεοῦ βασιλείαν ἐληλυθυῖαν ἐν δυνάμει, καὶ ϑ̃το βλέποι ϖ̃ϑ̃, ὡς ἐδαμῶς ἐπὶ τῷ ἁμαρτίας βασιλευόμεν ϑ̃, βασιλεύοντος ἐν τῷ ϑνητῷ σώματι ϑ̃ ἁμαρτάνοντων, ἀλλ' ἀεὶ τεταγμέν ϑ̃ τῷ βασιλεῖ τῷ ϑ̃ ὅλων ϑεῷ, ϵ̃ ἡ βασιλεία δυνάμει μὲν ἐντὸς ἡμῶν ἐστιν. ἐνεργείᾳ δὲ, καὶ ὡς ὠνόμασεν ὁ μάρκος, ἐν δυνάμει, καὶ ἐδαμῶς ἐν ἀσθενείᾳ, ἐντὸς τ̃ τελείων μόνων. ταῦτα μὲν ὅπως ἐσῶσι τοῖς μαθηταῖς ὁ ἰησοῦς, ϵ̃ ϖ̃ϑ̃ι πάντων αὐτῶν, ἀλλά πε *** ϖ̃ϑ̃οφητεύων ἐπηγγείλατο.

De Servatoris Transfiguratione.

Περὶ τῆς μεταμορφώσεως ϑ̃ σωτ̃ος.

Et post dies sex, juxta Matthæum & Mar- D

Matth. 17. 1, 2. cum, *assumit Petrum, & Iacobum, & Johannem fratrem ejus, & subducit illos in montem excelsum seorsum; Et transfiguratus est ante eos.* Hoc ante explicationem à nobis super istis propositam, & juxta textum orationis olim contigerit: qui autem à Jesu in montem excelsum subducti sunt, & digni habiti qui transfigurationem illius seorsum spectarent, non sine causa post sex dies, ex quo sermones supra à nobis commemorati habiti sunt, subducti mihi videntur. Quoniam enim intra dies sex, E qui perfectus numerus est, perfectum illud opificium, mundus universus conditus est; idcirco eum qui non ea amplius

2. Cor. 4. 18 quæ videntur, caduca enim sunt, sed jam ea solum quæ non videntur, propterea quod æterna sunt, intuendo res mundi universas prætergressus est, his verbis designari existimo: *Post sex dies assumit Iesus nonnullos.* Si quis igitur nostrum in montem excelsum à Jesu assumtus subduci

Μετὰ δὲ ἡμέρας ἓξ, καὶ τὸν ματθαῖον, ϵ̃ τὸν μάρκον, ϖ̃ϑ̃αλαμβάνει τὸν πέτρον, ϵ̃ ἰάκωβον, ϵ̃ ἰωάννην τὸν ἀδελφὸν αὐϑ̃, ϵ̃ ἀνάγει αὐτοὺς εἰς ὄρος ὑψηλὸν κατ' ἰδίαν. καὶ μετεμορφώθη ἔμπροσθεν αὐτῶν. τ̃το δὲ ϵ̃ ϖ̃ϑ̃ὸ τ̃ καὶ ταῦτα φαινομένης ἡμῖν διηγήσεως γεγονέτω πάλαι, καὶ ὡς ϖ̃ϑ̃ὸς τῷ λέξιν. δοκεῖ δέ μοι τὰς ἀναγομένας ϖ̃ϑ̃ὸ τ̃ ἰησοῦ εἰς τὸ ὑψηλὸν ὄρος, ϵ̃ ἀξιμένας τ̃ καθ' ἰδίαν αὐτὸ τῷ μεταμόρφωσιν ϑεωρῆσαι, μὴ μάτην μετ' ἓξ ἡμέρας ἀναγεσθ τῷ ϖ̃ϑ̃ειρημένων λόγων. ἐπεὶ γὰρ ἐν ἓξ ἡμέραις τελείῳ ἀριθμῷ ὁ σύμπας γεγένηται κόσμ ϑ̃, τὸ τέλειον τ̃το δημιούργημα, διὰ τ̃το ὅιμαι τὸν ὑπερβαίνοντα πάντα τὰ τ̃ κόσμ πράγματα ἐν τῷ ἐσκοπηκέναι, ϑ̃κέτι μὲν τὰ βλεπόμενα, ϖ̃ϑ̃σκαίρα γὰρ ταῦτα, ἤδη δὲ τὰ μὴ βλεπόμενα, καὶ μόνα τὰ μὴ βλεπόμενα, διὰ τὸ εἶναι αὐτὰ αἰώνια, δηλῶν ἐν τῷ. μετ' ἡμέρας ἓξ ϖ̃ϑ̃αλαμβάνει ὁ ἰησοῦς τοὺς δὲ τινας

Vide Ma.

πινάς. εἴ τις οὖν ἡμῶν βούλεται τοῦ ἰησοῦ παραλαμβάνοντος αὐτὸν ὑπ' αὐτοῦ ἀναχθῆναι εἰς τὸ ὑψηλὸν ὄρος, καὶ ἀξιωθῆναι τοῦ κατ' ἰδίαν θεωρῆσαι τὴν μεταμόρφωσιν αὐτοῦ, ὑπεραναβαινέτω τὰς ἓξ ἡμέρας, διὰ τὸ μὴ σκοπεῖν ἔτι τὰ βλεπόμενα, μηδὲ ἀγαπᾷν ἔτι τὸν κόσμον, μηδὲ τὰ ἐν κόσμῳ, μηδὲ τινα κοσμικὴν ἐπιθυμίαν ἐπιθυμεῖν, ἥ τίς ἐστιν ἐπιθυμία σωμάτων, καὶ τοῦ ἐν σώματι πλούτου, καὶ τῆς κατὰ σάρκα δόξης, καὶ ὅσα πέφυκε τὴν ψυχὴν περισπᾶν, καὶ περιέλκειν ἀπὸ τῶν κρειττόνων καὶ θειοτέρων, καὶ καταβιβάζειν, καὶ ἐρείδειν τῇ ἀπάτῃ τοῦ αἰῶνος τούτου, ἐν πλούτῳ καὶ δόξῃ καὶ ταῖς λοιπαῖς ἐχθραῖς ἀληθείας ἐπιθυμίαις. ἐπειδὰν γὰρ διέλθῃ τὰς ἓξ, ὡς εἰρήκαμεν, καινὸν σαββατιεῖ σάββατον, εὐφραινόμενος ἐν τῷ ὑψηλῷ ὄρει ἐκ τοῦ βλέπειν μεταμορφωθέντα τὸν ἰησοῦν ἔμπροσθεν αὐτοῦ. διαφόρους γὰρ ἔχει ὁ λόγος μορφὰς, φαινόμενος ἑκάστῳ ὡς συμφέρει τῷ βλέποντι, καὶ μηδενὶ ὑπὲρ ὃ χωρεῖ ὁ βλέπων, φανερούμενος. ζητήσεις δὲ εἰ ὅτε μετεμορφώθη ἔμπροσθεν τῶν ὑπ' αὐτοῦ ἀναχθέντων εἰς τὸ ὑψηλὸν ὄρος, ὤφθη αὐτοῖς ἐν μορφῇ θεοῦ, ἣ ὑπῆρχε πάλαι. ὡς τοῖς μὲν κάτω ἔχων τὴν δούλου μορφὴν, τοῖς δὲ ἀκολουθήσασιν αὐτῷ μετὰ ἓξ ἡμέρας εἰς τὸ ὑψηλὸν ὄρος, οὐκ ἐκείνην, ἀλλὰ τὴν τοῦ θεοῦ. ἀλλὰ ἄκουε τούτων, εἰ δύνασαι, πνευματικῶς προσέχων ἅμα, ὅτι οὐκ εἴρηται μὲν ἁπαξαπλῶς, μετεμορφώθη, μετὰ δὲ τινος ἀναγκαίας προσθήκης, ἣν ἀνέγραψε ματθαῖος, καὶ μάρκος. κατὰ γὰρ ἀμφοτέρους, μετεμορφώθη ἔμπροσθεν αὐτῶν. καὶ τοῦτό γε ἐρεῖς δυνατὸν εἶναι τὸν ἰησοῦν ἔμπροσθεν μὲν τινων μεταμορφωθῆναι ταύτην τὴν μεταμόρφωσιν. ἔμπροσθεν δὲ ἑτέρων, κατὰ τὸ αὐτὸ καιροῦ μὴ μεταμορφωθῆναι. εἰ δὲ θέλεις τὴν μεταμόρφωσιν τοῦ ἰησοῦ ἰδεῖν ἔμπροσθεν τῶν ἀναβάντων εἰς τὸ ὑψηλὸν ὄρος κατ' ἰδίαν σὺν αὐτῷ, ἴδε μοι τὸν ἐν τοῖς εὐαγγελίοις ἰησοῦν ἁπλούστερον μὲν νοούμενον, καὶ ὡς ἂν ὀνομάσαι τις κατὰ σάρκα γινωσκόμενον τοῖς μὴ ἀναβαίνουσι διὰ τῶν ἐπαναβεβηκότων ἔργων καὶ λόγων ἐπὶ τὸ ὑψηλὸν τῆς σοφίας ὄρος. οὐκέτι δὲ κατὰ σάρκα γινωσκόμενον, ἀλλὰ θεολογούμενον δι' ὅλων τῶν εὐαγγελίων, καὶ ἐν τῇ τοῦ θεοῦ μορφῇ κατὰ τὴν γνῶσιν αὐτῶν θεωρούμενον. τούτων γὰρ ἔμπροσθεν μεταμορφοῦται ὁ ἰησοῦς, καὶ οὐδενὶ τῶν κάτω. ἐπὰν δὲ μεταμορφωθῇ καὶ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ὡς ὁ ἥλιος, ἵνα φανερωθῇ τοῖς τέκνοις τοῦ φωτὸς ἐνδυσαμένοις τὰ ἔργα τοῦ σκότους, καὶ ἐνδυσαμένοις τὰ ὅπλα τοῦ φωτὸς, καὶ μηκέτι οὖσι τέκνοις σκότους ἢ νυκτὸς, ἀλλὰ γενομένοις υἱοῖς ἡμέρας, καὶ ὡς ἐν ἡμέρᾳ εὐχημόνως περιπατοῦσι, καὶ φανερωθεὶς λάμψει αὐτοῖς, οὐχ ἁπλῶς ὡς ὁ ἥλιος, ἀλλ' ἐπι-

A vult, & id merendo consequi, ut seorsum transfigurationem illius videat, sex dies prætereat, non ea amplius aspiciendo quæ videntur, nec mundum, eave quæ in mundo sunt diligendo, nec ulla mundana cupiditate laborando, quæ cupiditas est corporum & corporearum opum & gloriæ quæ in carne est, & quæcunque animam distrahere solent, & à melioribus & divinioribus rebꝰ divellere & deturbare, & in opibus & gloria & reliquis veritati contrariis cupiditatibus, seculi hujus errori affigere. Postquam enim sex dies, ut diximus, præterierit, novum sabbatum celebrabit, supra montem excelsum B gaudio perfusus, quod transfiguratum coram se Jesum conspexerit. Variæ enim Verbi formæ sunt, unicuique, prout illi conducit, apparentis; nulli autem præter ipsius captum sese videndum præbentis. Quæres autem, an quum transformatum est coram iis quos in montem excelsum subduxit, visum eis sit formam Dei habens quam obtinebat olim: quemadmodum iis qui infra erant, formam servi habens; iis autem qui id fuerant in montem excelsum post sex dies subsecuti, non illam, sed Dei formam habens. At hæc audi, si potes, spiritu simul attendens, non simpliciter dictum fuisse: C *Transfiguratum est*; sed cum necessario quodam additamento, quod à Matthæo & à Marco adscriptum est; juxta utrumq; quippe, *Transfiguratum est ante eos*. Et dices juxta illud fieri quidem posse ut Jesus coram nonnullis ea ratione transformetur, coram aliis vero eodem momento non transformetur. Si autem transfigurationem Jesu videre cupis, quæ coram iis contigit qui in montem excelsum seorsum cum eo ascenderunt; vide mihi Jesum in Evengeliis simpliciter quidem intellectum, &, ut dixerit aliquis, secundum carnem iis cognitum qui per sublimia opera & sermones excelsum sapientiæ montem non conscendunt; non amplius autem secundum carnem cognitum, sed theologice per omnia Evangelia prædicatum & assertum, & in Dei forma per eorum cognitionem conspectum: coram illis enim transformatur Jesus, non iis qui infra sunt. Postquam autem vultus ejus transformatus Soli similis factus fuerit, ut filiis lucis appareat qui exuerunt opera tenebrarum & induerunt arma lucis, & non amplius filii sunt tenebrarum, vel noctis, sed facti sunt filii diei, & tanquam de die honeste ambulant; tunc manifestum se dans affulgebit eis, non solum quasi Sol,

Rom. 13. 12.

1. Thess. 5. 5

1. Thess. 4. 12.

sed ut justitiæ Sol. Ac non ille solum coram talibus Discipulis transformatur; nec id solum transformationi suæ addit, ut vultus ejus quasi Sol fulgeat; sed vestimenta etiam illius candida videntur sicut lumen, iis qui seorsum in montem excelsum ab eo subducti sunt: vestimenta autem Jesu sermones sunt & literæ Evangeliorum quibus indutus est. Quin etiam Apostolorum literas, quæ res ad Iesum pertinentes exponunt, vestimenta Iesu esse existimo, candida illis facta qui excelsum montem cum Iesu conscenderunt. Sed quandoquidem candidorum differentiæ sunt, vestimenta ejus haud secus candida fiunt ac candidorum omnium lucidissimum & purissimum, lumen videlicet. Cum ergo quempiam videris, non Theologiam solum de Iesu accurate explorantem, sed & Evangeliorum sermonem explanantem; huic vestimenta Iesu facta esse candida sicut lumen dicere ne te pigeat. Postquam autem transfiguratus Dei Filius ita fuerit intellectus & consideratus, ut vultus ejus Solem, & vestimenta candore lumen referant; statim is profecto qui talem viderit Iesum, Mosem, hoc est Legem, & Eliam per synecdochen, hoc est non ipsum solum, sed omnes Prophetas cum Iesu communicantes videbit; tale enim illud est quod significatur: *Cum eo loquentes*, & juxta Lucam: *Moses & Elias visi in majestate*, & quæ sequuntur, usque ad: *in Jerusalem*. Si quis vero Mosis gloriam vidit, spiritualem Legem, tanquam sermonem cum Iesu habitum, & sapientiam in Prophetis absconditam in mysterio intelligens, vidit ille Mosem, & Eliam in gloria, quando eos vidit cum Iesu. Deinde quandoquidem ea quæ apud Marcum habentur, explicanda venient: *Dum oraret, transfiguratus est coram ipsis*, dicendum est quæri debere annon Verbum coram nobis transformatum tum maxime videre liceat, si quæ supra dicta sunt fecerimus, & in montem ascenderimus, & Verbum ipsum cum Patre colloquens, eumque pro iis orans viderimus, pro quibus verus Pontifex solum verum Deum deprecetur. Vt autem ita cum Deo disserat, & Patri preces fundat, montem conscendit: tunc autem juxta Marcum; *Vestimenta ejus fiunt splendentia, & candida nimis velut lumen, qualia fullo non potest super terram candida facere.* Et fortasse qui supra terram sunt fullones, ii sunt sapientes seculi hujus sermoni, quem perspicuum & castum esse ducant, operam dantes, ut impuræ nempe cogitationes, & falsa dogmata, ab eorum fullonia (ut ita dicam) arte exornata esse videantur. At qui vesti-

Matt. 17.3

Luc. 9. 30, 31.

1. Cor. 2. 7.

Marc. 9. 3.

δεικνύμενον αὐτοῖς τὸ εἶναι δικαιοσύνης ἥλιος, καὶ ἐ μόνον αὐτὸς μεταμορφοῦται ἔμπροσθεν τοιούτων μαθητῶν, οὐδὲ προϊστησι μόνον τῇ μεταμορφώσει τὸ λάμψαι τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ὡς ὁ ἥλιος. ἀλλὰ γὰρ καὶ τὰ ἱμάτια αὐτοῦ εἰς ἀναχθεῖσιν ὑπ' αὐτοῦ εἰς τὸ ὑψηλὸν ὄρος κατ' ἰδίαν φαίνεται λευκὰ ὡς τὸ φῶς. ἱμάτια δὲ τοῦ Ἰησοῦ, αἱ λέξεις καὶ ἡ ἐνεδύσατο θεία γράμματα. δίμαι δ' ὅτι καὶ τὰ πρὸς τοὺς ἀπιστόλους * δηλοῦν τὰ περὶ αὐτοῦ ἱμάτια ἐστιν Ἰησοῦ, γινόμενα τοῖς ἀναβαίνουσιν εἰς τὸ ὑψηλὸν ὄρος μετ' Ἰησοῦ λευκά. ἀλλ' ἐπεὶ καὶ λευκῶν εἰσι διαφοραί, τὰ ἱμάτια αὐτοῦ γίνονται λευκά, ὡς τὸ πρότων * λευκὸν λαμπρότατον ἢ καθαρώτατον. τοῦτο δέ ἐστι τὸ φῶς. ἐπεὶ δὲ οὐ πάντες ἴσμεν, ἐ μόνον τὴν περὶ Ἰησοῦ θεολογίαν ἀκριβοῦντα, ἀλλὰ καὶ τὴν λέξιν θεία πᾶσιν σαφηνίζοντα, μὴ ὀκνεῖ τῷ τοιούτῳ φάσκειν γεγονέναι τὰ ἱμάτια τοῦ Ἰησοῦ λευκὰ ὡς τὸ φῶς. ἐπεὶ δ' ἔστω νοηθῇ καὶ θεωρηθῇ μεταμορφωθεὶς ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ, ὡς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ εἶναι ἥλιον, καὶ τὰ ἱμάτια αὐτοῦ λευκὰ ὡς τὸ φῶς, δύσκολον ὀφθεῖεν ἂν τῷ τοιοῦτον ἰδόντι τὸν Ἰησοῦ μωσῆν ὁ νόμος, καὶ ὁ ἡλίας συνεδοκιμάζων καὶ εἰς μόνος, ἀλλὰ πάντες οἱ προφῆται κοινολογούμενοι πρὸς τὸν Ἰησοῦν. τοιοῦτον γάρ ἐστι τὸ δηλούμενον μεθ' αὐτοῦ συλλαλοῦντες, καὶ ὃ τὸν λευκὸν. μωσῆς καὶ ἡλίας ὀφθέντες ἐν δόξῃ, καὶ τὰ ἐξῆς, ἕως δ'. ἐν ἱερουσαλήμ. εἰ πις δ' εἰδὲ μωσέως τὴν δόξαν, νοήσας τὸν πνευματικὸν νόμον, ὡς ἕνα πρὸς τὸν Ἰησοῦν λόγον, καὶ τὴν ἐν τοῖς προφήταις ἐν μυστηρίῳ ἀποκεκρυμμένην σοφίαν, εἶδε μωσῆν καὶ ἠλίαν ἐν δόξῃ, ὅτε εἶδεν αὐτοὺς μεθ' Ἰησοῦ. εἶτα ἐπεὶ καὶ τὸν μαρκον δήσει διηγήσασθαι τό. καὶ ἐν τῷ προσεύχεσθαι αὐτὸν μετεμορφώθη ἔμπροσθεν αὐτῶν, λεκτέον ὅτι μήποτε μάλιστά ἐστιν ἰδεῖν τὸν λόγον ἔμπροσθεν ἡμῶν μεταμορφούμενον, ἐὰν τὰ προειρημένα ποιήσωμεν, καὶ ἀναβῶμεν εἰς τὸ ὄρος, καὶ ἰδωμεν τὸν αὐτόλογον κοινολογούμενον πρὸς τὸν πατέρα, καὶ εὐχόμενον ὑπὲρ ὧν εὔξαιτ' ἂν ἀληθινὸς ἀρχιερεὺς ἀληθινῷ μόνῳ θεῷ. ἵνα ὃ ἔστω θεὸς ὁμιλῇ, καὶ προσεύξηται τῷ πατρὶ, ἀναβαίνει εἰς τὸ ὄρος. τότε κατὰ τὸν μάρκον γίνονται τὰ ἱμάτια αὐτοῦ λευκὰ καὶ σίλβοντα ὡς τὸ φῶς, ὅια γναφεὺς ἐπὶ τῆς γῆς ἐδύναται ἔτως λευκᾶναι. στάχα οἱ μὲν ἐπὶ τῆς γῆς γναφεῖς, οἱ ἐπιμελέμενοι εἰσι σοφοὶ ἐ αἰῶνος τούτου λέξεως ἧς νομίζεται λαμπρᾶς, καὶ καθαρᾶς, ὡς κοσμείας δοκεῖν καὶ τὰ αἰσχρὰ νοήματα, καὶ τὰ ψευδῆ δόγματα ἐκ τῆς, ἵν' ἔτως ὀνομάσω, γναφικῆς αὐτῶν. ὁ δὲ σίλβοντα τοῖς ἐπιφανεστέροις ἐπὶ τῆς γῆς ἀνθρώπων

κυὸς τὰ ἱμάτια αὐτῦ, καὶ λαμπρότερα ὧν δυνά-
των ποιεῖν ἡ ἐπὶ γῆς γναφικὴ, ὁ λόγῳ ἐστὶ παι-
δείας ἐν ταῖς τῶν πολλῶν καὶ ταφρευμένοις λέ-
ξεσι τῶν γεγραφῶν τὸ τῶν νοημάτων εἴλικρινὲς, ὅτε ὁ
μετασχηματισμὸς τῦ Ἰησοῦ, καὶ τὸν λευκὸν, λευκὸς, καὶ
ἐξαστράπτων γίνεται. ἰδωμὲν δὲ μὴ ταῦτα τι
νοήσας ὁ πέτρος, ἀποκριθεὶς εἶπε τῷ Ἰησοῦ. κύ-
ριε καλόν ἐστιν ἡμᾶς ὧδε εἶναι, ποιήσωμὲν τρεῖς
σκηνὰς, καὶ σοὶ μίαν, καὶ Μωσεῖ μίαν, καὶ Ἠλίᾳ μίαν.
ζητητέον, ἐπεὶ ὁ μὲν Μάρκος ἐπήγαγεν αὐτοῖς
ὡς ὃν ἴδιόν τι προσωπεῖον. ὁ γὰρ ἤδει τί ἀποκρί-
νη. ὁ δὲ Λουκᾶς, φησὶν, ὁ λέγει. Ἐπισύ-
σας ὅτι εἶχεν ταῦτα ἐλάλει πεπλη-
ρωμένος τῦ κινοῦντος αὐτὸν πνεύματος πρὸς
τὸ εἰπεῖν ταῦτα, ὅπερ ἄγνοιαν μὲν εἶναι τῦ δυνά-
των. ἐδίδαξε γὰρ ἐν τῷ εὐαγγελίῳ ὁ Ἰωάννης
πρὸ τῆς ἀναστάσεως τῦ σωτῆρος μηδένα πνεῦ-
μα ἅγιον ἐγκεκενῆναι εἰπών. ἔπω γὰρ ἦν πνεῦμα,
ὅτι ὁ Ἰησοῦς οὐδέπω ἐδοξάσθη. εἰ δὲ ἔπω ἦν
πνεῦμα, καὶ ὁ μὴ εἰδὼς πελάλει τοῦ τινος κινή-
σαντος πνεύματος ἐλάλει, ἓν τῶν πνευμάτων
ἦν τὸ ταῦτα λέγειν ἐνεργοῦν, ὃ μηδέποτε ἐ-
θεάσαντο ἐν τῷ ξύλῳ, μηδὲ ἐδειγμάτισε
μετ' ἐκείνων ἐκεῖ ὢν γεγραπται τό. ἀπεκδυσά-
μενος τὰς ἀρχὰς, καὶ τὰς ἐξουσίας, ἐδειγμάτι-
σεν ἐν παρρησίᾳ θριαμβεύσας ἐν τῷ ξύλῳ. Ἦν
δὲ ἦν τάχα τὸ κληθὲν σκάνδαλον τοῦ Ἰησοῦ, καὶ ὁ ἐρημώσας σατανᾶς ἐν τῷ. ὕπαγε ὀπίσ-
ω μου, σατανᾶ, σκάνδαλόν μου εἶ. οὐ φίδα δ'
ὅπως διαῦτα πολλοῖς προσκόψει ἐντυγ-
χάνουσιν, ὁμοίοις δὲ καὶ τὸ εὐλογον δυσφημεῖσθαι
τὸν περὶ μικροῦ μακαριζόμενον τοῦ Ἰησοῦ,
ὅτι πᾶσιν ἐν ἀρχαῖοις πατέρας ἀποκεκαλυμένον
αὐτῷ τὰ περὶ τῦ σωτῆρος, ὡς ἄρα ὁ Ἰησοῦς εἴη,
καὶ ὁ χριστὸς, καὶ ὁ υἱὸς τῦ θεοῦ τῦ ζῶντος. ἀλλ' ὁ
τοιῦτος ὀπισάτω τῦ πέτρου καὶ τῶν λοι-
πῶν ἀποστόλων ἀκριβεία, καὶ αὐτῶ δεηθέντων,
ἡ. ὥσπερ. ὡς ἀλλοτρίων ἐπ τῶ * ἐξαγορασαντος αὐ-
τοὺς ἀπὸ τῦ ἐχθροῦ, καὶ ὠνησομένου αὐτοὺς τῷ
τιμίῳ αὐτῦ αἵματι. ἢ λεγέτωσαν ἡμῖν οἱ θέ-
λοντες καὶ περὶ τῦ πάθους Ἰησοῦ τελείως γεγονέ-
ναι τοὺς ἀποστόλους, πόθεν ὁ πέτρος καὶ οἱ σὺν
αὐτῷ τὸν καιρὸν τῆς Ἰησοῦ μεταμορφώσεως
ἦσαν βεβαρημένοι ὕπνῳ. ἵνα δὲ προλαβών τι
μὴ ἔξῃς εἰς τὸ προκείμενον προσλαλέω, ἐπαπο-
στείλαμεν αὐτοῖς τοιαῦτα, ἅρά ἐστί τινα σκανδαλι-
σθῆναι ἐν τῷ Ἰησοῦ, χωρὶς τῆς τῷ σκανδαλίζον-
τι διαβόλου ἐνεργείας. ἔστι δὲ ἀρνήσασθαι τὸν
Ἰησοῦν, καὶ ταῦτα ὑπὸ παιδίσκαρίου, καὶ δυσωπεῖσθαι, καὶ ἀνθρώπων εὐτελεστάτων, μὴ σιωπῶν-
τος τῷ δεινεμένῳ πνεύματος ἐκθεοῦ τῷ διδομένῳ πνεύματι, καὶ σοφίᾳ τοῖς προς τὸ ὁμο-

A menta sua fulgentia iis ostendit qui ascenderunt, & illis splendidiora quæ fullonia eorum ars candida efficere potest, ille est Verbum, in Scripturarum sermonibus à multis contemptis sententiarum nitorem exprimens, quando *Vestitus Iesu albus & refulgens,* *Luc.9.29.*
juxta Lucam, efficitur. Videamus deinde quid volens sibi Petrus respondendo dixerit Jesu: *Domine, bonum est nos hic esse, faciamus tria tabernacula,* & quæ deinceps sunt. *Matth.17.4.*
Propterea vero id potissimum quærendum est, quia his Marcus quasi ex seipso subjunxit: *Non enim sciebat quid responderet:* Lucas *Marc.9.6.*
autem, *Nesciens,* inquit, *quid diceret.* Animadvertes itaque an ea per mentis alienatio- *Luc.9.33.*
B nem dixerit, spiritu eum ad hæc dicenda excitante repletus, qui sanctus quidem esse nequaquam potest; ante Servatoris quippe resurrectionem neminem Spiritum sanctum habuisse docuit in Evangelio Iohannes dicens: *Nondum enim erat Spiritus, quia Iesus* *Ioh.7.39.*
nondum fuerat glorificatus. Quod si Spiritus nondum erat, & is qui nesciebat quid diceret, à spiritu aliquo excitatus loquebatur; is qui ea ut proferrentur efficiebat, unus ex spiritibus profecto erat qui nondum in ligno fuerat triumphatus, nec cum illis tra-
C ductus & ostentatus fuerat, de quibus scriptum est: *Expolians principatus & potestates* *Col.2.15.*
traduxit confidenter palam, triumphans illos in ligno. Is autem fortasse erat qui scandalum à Jesu appellatum est, & Satanas hoc loco dicitur: *Vade post me Satana; scandalum* *Matth.16.*
es mihi. Scio autem offensum iri plurimos *23.*
qui in hæc incident, eum præter rationem conviciis & probris appeti existimantes qui beatus à Jesu paulo ante fuerat prædicatus, propterea quod Pater qui in cœlis est revelaverit ei quæ ad Servatorem pertinent, quod nempe Jesus ille est & Christus & Filius Dei vivi. Sed attendat, quisquis ex iis e-
D rit, ad Petri, reliquorumque Apostolorum, præsertim in rogando, accuratam diligentiam, utpote qui alieni etiamnum ab eo essent qui illos ab inimico redemturus, & pretioso suo sanguine mercaturus erat: vel qui ante Christi passionem perfectos fuisse Apostolos contendunt, dicant nobis, unde factum fuerit ut tempore transfigurationis Jesu *Petrus, & qui cum illo erant, gravati forent* *Luc.9.32.*
somno. Et ut per anticipationem ex iis quæ sequuntur nonnulla ad præsentem disputationem accommodans assumam; has etiam quæstiones proponam, utrum aliquis scandalum in Jesu pati possit absque Dia-
E boli scandalizantis operatione; utrum Jesum ejurare queat, atque id quidem coram ancillula, & janitore, & vilissimis hominibus, si ejuranti non adsit spiritus inimicus spiritus illius & sapientiæ, quæ

his conceduntur qui propter suum aliquod A meritum adjuvantur à Deo ut eum confiteantur. At qui peccatorum radices ad peccati patrem Diabolum referre dicerit, Apostolos absq; illo scandalum fuisse passos, vel Petrum ante hunc galli cantum ter ejurasse minime dicet. Quod si hæc ita se habent, vide num is fortitan qui, ut Jesum quantum in se erat scandalizaret, & ab administratione cum multa alacritate susceptа & gesta, & per passionem hominibus salutari averteret, quæcunque ad id conferre videbantur perficiebat, ipse & hic quasi B fraudulenter & dolose Jesum avocare satagat, velut eum ne amplius ad homines se demitteret adhortans, neve ad eos iret, vel pro illis mortem subiret, sed cum Moyse & Elia in monte excelso permaneret. Quinetiam tria tabernacula facturum se significabat; unum quidem privatim Jesu; alterum Moysi, & alterum Eliæ, quasi tres illos capere non potuisset unum tabernaculum, si in tabernaculis & super excelsum montem mansuri fuissent. Fortasse & in eo malitiose agebat is qui *nescientem quid diceret* agitabat, quum Jesum, Mosen & Eliam simul C esse nolebat, sed eos ab invicem trium tabernaculorum obtentu volebat separare: mendacium præterea illud erat: *Bonum est nos hic esse*, nam si bonum fuisset, hic profecto mansissent; quod si mendacium fuit, quæres quis ut mendacium proferretur effecit; cum præsertim juxta Iohannem:

Ioh. 8.44. *Quum loquitur mendacium, ex propriis loquatur, quia mendax est, & pater ejus*: & quemadmodum veritas non est absque illius operatione qui dixit: *Ego sum veritas*; contra-

Ioh. 14.16. ria igitur etiamnum in Petro erant, veritas, D & mendacium; & ex veritate quidem dice-

Matth. 16, 16. bat illud: *Tu es Christus, Filius Dei*; ex mendacio autem: *Absit à te Domine, non erit tibi hoc*, & illud quoque: *Bonum est nos hic esse*. Qui autem Petrum non ex mala aliqua operatione, sed ex solo suo arbitrio hæc dixisse vult, cum ab eo postulabitur expositio loci illius: *Nesciens quid diceret*, & hujus: *Non enim sciebat quid respondisset*, dicet eum ibi ostendisse rem esse probrosam & Iesu indignam, assentiri morti Christi filii Dei vivi quem jam ei revelaverat Pater: & hic, utpote E qui duas Iesu formas vidisset, at longe præstantiorem eam quæ in transfiguratione apparuerat, ea delectatū bonum esse dixisse in hoc monte comemorari, ut ipse & alii qui cū eo erant exhilararentur transformationem Iesu videntes, & vultum ejus Solis instar splendidum, & candida ejus vestimenta tanquam lumen; & præterea quos semel

λογεῖν καλά τινα ἀξίαν αὐτῶν ἀπὸ θεοῦ βοηθημάτων. ἀλλ' ἐφήσει ὅγε τὰς ῥίζας τῶν ἁμαρτημάτων ἀναφέρειν μεμαθηκὼς ἀπὸ τοῦ πατρὸς τῆς ἁμαρτίας τὸν διάβολον, χωρὶς ἐκείνου τοὺς ἀποστόλους ἐσκανδαλίζῃ, ἢ τὸν Πέτρον πρὸ τῆς ἀλεκτοροφωνίας ἐκείνης τρὶς. εἰ δὲ τοῦθ' ὕτως ἔχει, μήποτε τὸ ὑπὲρ τοῦ σκανδαλίσαι τὸ ὅσον ἐφ' ἑαυτῷ τὸν Ἰησοῦν, καὶ ἀποστῆσαι τῆς κατὰ τὸ πάθος σωτηρίας ἀνθρώπους πᾶσι πολλῆς προθυμίας οἰκονομίας, τὰ εἰς ταῦτα φέρειν δοκοῦντα ἐνεργῶν, αὐτὸς ὁ ἐνταῦθα ὄχλους ἀπατηλῶς πρὸς πᾶσαν βάλεται τὸν Ἰησοῦν, ὡς παλαιῶν τὸ μηκέτι συγκαταβαίνειν τοῖς ἀνθρώποις, μηδὲ ἥκειν πρὸς αὐτοὺς, καὶ τὸν ὑπὲρ αὐτῶν ἀναδέξασθαι θάνατον, ἀποτεμένην ὄν τῷ ὑψηλῷ ὄρει μὴ μωϋσέως καὶ ἠλίου. ἐπηγγέλετο δὲ καὶ ποιῆσαι τρεῖς σκηνὰς, μίαν μὲν ἰδίαν τῷ Ἰησοῦ, ἑτέραν δὲ τῷ μωσεῖ, καὶ ἄλλην τῷ ἠλία, ὡς μὴ χωρούσης, εἰ καὶ ἐν σκηναῖς αὐτοὺς δεῖ εἶναι καὶ ἐν τῷ ὑψηλῷ ὄρει, μιᾶς σκηνῆς τὰς τρεῖς. τάχα δὲ καὶ ἐν τούτῳ ἐκακοῦργει ὁ τὸν μὴ εἰδότα πλήσσων ἐνεργῶν, βελόμενος μὴ ἅμα εἶναι Ἰησοῦν, καὶ μωσέα, καὶ ἠλίαν, ἀλλὰ χωρίσαι αὐτοὺς ἀπ' ἀλλήλων, προφάσει τῶν τριῶν ★ ἐκείνων. ψεῦδος δὲ ἦν ὅτι. καλόν ἐστιν ἡμᾶς ὧδε εἶναι, εἰ γὰρ ἦν καλὸν, κἂν ἔμειναν ἐκεῖ. εἰ δὲ ψεῦδος, ζητήσεις πῶς ἐνήργησε λαληθῆναι τὸ ψεῦδος. καὶ μάλιστα ἐπεὶ καὶ τὸν ἰωάννην, ὅτε ἐλάλει τὸ ψεῦδος, ἐν τῷ ἰδίων λαλεῖ, ὅτι ψεύσης ἐστὶ καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ. καὶ ὥσπερ οὐκ ἔστιν ἀλήθεια χωρὶς ἐνεργείας εἰπόντος. ἐγώ εἰμι ἡ ἀλήθεια. τὰ ἐναντία τούτων ἐπὶ ἐν τῷ πέτρῳ ἦν, ἀλήθεια, καὶ ψεῦδος, καὶ ἀπὸ ἀληθείας μὲν ἔλεγε τὸ. σὺ εἶ ὁ χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ, ἀπὸ δὲ τοῦ ψεύδους τό. ἵλεώς σοι κύριε, οὐ μὴ ἔσται σοι τοῦτο, ἀλλὰ καὶ τό. καλόν ἐστιν ἡμᾶς ὧδε εἶναι. ὁ δὲ μὴ θέλων ἀπὸ πνεύματος ἐνεργείας χείρονος τὸν πέτρον ἐκπεσεῖν ταῦτα, ἀλλὰ ψιλῆς εἶναι τῆς προαιρέσεως αὐτοῦ τὰς λόγους, ἀπαιτήσει πῶς ἀναγκάσαι τό. μὴ εἰδὼς ὃ ἐλάλει, ὅτι. οὐ γὰρ ἤδει ἃ ἀπεκρίθη, φήσει ὅπου καὶ ὡς δύσφημον ἀποκτεῖναι ὁ ἀνάξιον τοῦ Ἰησοῦ, τὸ προσδέξασθαι ἀποκτανθῆναι τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ τοῦ ζῶντος, τὸν χριστὸν, οὐ πάλαι ἀποκαλύψας ἦν αὐτῷ ὁ πατήρ. καὶ ἐνταῦθα ὡς τὰς δύο μορφὰς τοῦ Ἰησοῦ ἰδὼν, ὅτι πολὺ διαφέρουσαν τῆς ἑτέρας μεταμόρφωσιν, ταύτην ἀγαπήσει μόνον καλὸν εἶπεν εἶναι τὰς διατριβὰς ἐν τῷ ὄρει ἐκείνῳ ποιήσασθαι, ἵνα αὐτόθι τε ὁ σωτὴρ αὐτῷ εὐφραίνωνται θεωρούμενοι τῇ μεταμορφώσει τοῦ Ἰησοῦ, ὅτι τὸ λαμπρὸν προσωπον αὐτοῦ ὡς ὁ ἥλιος, καὶ τὰ λευκὰ ὡς τὸ φῶς ἱμάτια αὐτοῦ, ὅτι τε τούτοις τὰς ἅπαξ ὀφθέντας ἐν δόξῃ ἀεὶ θεωρῶσιν ἐν δόξῃ μοῦν,

σῶν, καὶ ἠλίαν. δόξαμένων) ἢ ἐφ' οἷς ἂν ἀκούσω- A in gloria viderant, Mosem videlicet & Eliam, eadem semper gloria præditos intuerentur; tum etiam ut iis quæ invicem disserentes eos audituri erant oblectarentur, Mosem nempe & Eliam cum Jesu, Jesum autem cum eis. Quoniam autem nondum ulla adhibita cura ut quę habentur hoc loco allegorice à nobis explicentur, sed solam verborum significationem perscrutantes hæc diximus, consequenter his videamus, an forte Petrus ille de quo jam diximus, & Filii tonitru ad altitudinem veritatis dogmatum evecti, & intuiti transformationem Jesu, & Mosis ac Eliæ qui cum eo in gloria visi sunt; tabernacula in seipsis habituro Verbo Dei, ipsiusque Legi cum gloria conspectæ, & Prophetiæ mortem à Luc.9.31. Jesu subeundam enarranti struere vellent; & utpote contemplationi deditam vitam amans Petrus, ejusque deliciis frui magis optans, quam cum molestia inter plurimos eo consilio versari, ut volentibus opem & utilitatem ferret, dixerit: *Bonum est nos hic esse.* Sed quoniam charitas *non quærit* 1.Cor.13,5 *quæ sua sunt*, quod bonum Petro videbatur, illud Jesus non præstitit; propterea de monte descendit ad eos iturus qui montem conscendere, ipsiusque metamorphosin videre non poterant; ut eum saltem talem videant, qualem videre queunt. Justi ergo opus illud est, & charitatem non quærentem quæ sua sunt habentis, *liberum esse ex omnibus, omnibus vero inferioribus se servum facere, ad plures* ex illis *lucrifaciendos.* 1.Cor.9.19. Ad ea autem quæ de alienatione mentis Petri, & nequioris spiritus operatione tradita sunt ad hæc verba: *Nesciens quid diceret*, explicationem hanc non admittens quispiam dicet quosdam apud D Paulum *Volentes esse Legis Doctores*, quibus 1.Tim.1.7 de rebus loquantur ignorare, sed eorum naturam quæ dicunt minime exponentes, eorumve sensum capientes, de rebus sibi ignotis temere pronuntiare: simile vero quid Petro contigisse; cum enim quid in administratione Jesu, eorumque qui in monte visi sunt, Mosis videlicet & Eliæ, bonum foret, animo non comprehenderet, dixisse illum: *Bonum est nos hic esse*, & quæ sequuntur. *Nescientem quid diceret*; *Non enim sciebat, quid diceret*: nam si *sapiens intelliget quæ ex ore suo exeunt*: & Prov.16. E *in labiis portabit doctrinam*; qui ita se non 23. habet, non intelligit quæ ex ore suo exeunt, nec eorum quæ à se dicuntur, naturam cognoscit. Postea id sequitur: *Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida obumbravit eos*, & Matth.17. quæ sunt deinceps. Ego vero Deum existi- 5. mo cum Petrum à tribus struendis tabernaculis sub quibus habitare cupiebat, detereret, melius, ut ita dicam, & præstantius tabernaculum, nubem scilicet ostendisse.

P.C. R. ἀνὴρ
P.C. R. παιδεύειν ἀκούσασι περὶ ὧν λέγουσι, ἀλλ' ὅπ μὴ τρανῶντες τῷ φύσιν τ λεγομένων, μηδὲ νοοῦντες αὐτῶν τὸ βέλημα διαβεβαιῶν) περὶ ὧν ἀγνοῦσι. τοιγοῦν πεπόνθε καὶ ὁ πέτρος, μὴ καταλαβὼν γὰρ τί τὸ καλὸν περὶ τ τοῦ ἰησοῦ οἰκονομίας, καὶ τ ὀφθέντων ἐν τῷ ὄρει μωσέως καὶ ἠλίου, λέγει τό. καλόν ἐστιν ἡμᾶς ὧδε εἶναι, καὶ ταῦτα ἐξῆς, μὴ εἰδὼς ὃ λέγει, ἐγὼ δὲ εἰ καὶ ἐλαλεῖ. καὶ γὰρ εἶπε σοφὸς νοήσει ταῦτα ἴδιά σόματος, ὅπ ὃ χείλεσι φορεῖ τὴν ὅπ γνωμοσύνην, ὁ μὴ ἕτως ἔχων ἀγνοεῖ ταῦτα ἀπὸ ἴδιά σόματος, ἀδ' ἐσωπίσιτῆς φύσεως τ ὧν' αὐτῶν λεγομένων· ἐξῆς τε τοῖς ἐστὶ τό· ἔτι λαλοῦντος αὐτοῦ καὶ ἰδοὺ νεφέλη φωτεινὴ ἐπεσκίασεν αὐτούς, καὶ ταῦτα ἐξῆς· οἶμαι δ' ὅπ τὸν πέτρον ὁ θεὸς ἀποτρεπων τ ποιῆσαι τρεῖς σκηνὰς ὑφ' ἃς ἔμελλεν ὅσον ὅπ τῷ βελήματι σκηνοῦν, δείκνυσι κρεῖττονα, ἵν' ἕτως ὀνομάσω, καὶ πολλῷ διαφέρουσαν σκηνὴν τοῦ νεφέλου· εἰ γὰρ ἐξ-

Cum enim tabernaculi illæ sint partes, quisquis in eo est hunc obumbrare & protegere, nubes autem lucida obumbraret eos, quasi divinius illis tabernaculum, utpote lucidum, futuræ instar resurrectionis Deus construxit. Justos enim tectos simul & illuminatos & illustratos à se lucida nubes obumbrat. At quænam lucida ea nubes est justos obumbrans? An paterna fortasse virtus est, à qua Patris vox exit, Filium sibi dilectum & placitum testans, eosque adhortans qui ea obumbrabantur, ut illum, nec quempiam alium audirent? is autem quemadmodum olim, ita & semper per ea quæ vult loquitur. Forsitan vero & Spiritus sanctus nubes lucida est, justos obumbrans, & edens oracula Dei operantis in se, & dicentis: *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui.* Quin & audacter Servatorem nostrum lucidam esse nubem pronuntiabo. Petrus igitur dicens: *Faciamus hic tria tabernacula* *** à se unum, unum à Filio, & unum à Spiritu Sancto. Lucida quippe Patris & Filii & Spiritus sancti nubes veros Jesu Discipulos obumbrat; vel Evangelium, Legem & Prophetas nubes obumbrat, lucida quidem ei qui potest intueri lumen illius in Evangelio, Lege & Prophetis. Vox autem de nube emissa Mosem fortasse & Eliam, Filium hominis videre, eumque audire, & gloriam illius spectare cupientes alloquitur, dicens: *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipsum audite.* Fortasse vero Discipulos docet eum qui proprie Dei Filius est ipsique dilectus, in quo ipsi bene complacitum, quique potissimum est audiendus, eum esse quem tunc aspiciebant, qui transformatus erat, cujus facies splendebat sicut Sol, quique vestimenta lucis instar candentia indutus erat. Scriptum est deinde audientes vocem de nube exeuntem tres Apostolos & de Filio testimonium dicentem, gloriam illius & vim non ferentes, in faciem suppliciter cadentes Deum orasse; novitatem enim spectaculi, eorumque quę post spectaculum prolata sunt, valde timuerunt. Vide autem, num super illo loco dicere possis, cum cogitassent Discipuli Filium Dei per oraculum monuisse Mosem, ipsumque eum esse qui dixit: *Non enim videbit homo faciem meam, & vivet*, & Dei testimonium de illo interpretantes, quasi Verbi splendorem non sustinentes sub valida Dei manu humiliatos esse. Sed postquam eos tetigit Verbum, sublatis oculis Jesum solum, nec quemquam alium vide-

Matth. 17. 5.

Matth. 17. 6.

Exod. 33. 20.

A γον ἐστὶ σκηνῆς τὸ ἐπισκιάσαι τὸν ἐν αὐτῇ, καὶ σκεπάσαι, ἡ δὲ φωτεινὴ νεφέλη ἐπεσκίασεν αὐτοὺς, οἱονεὶ σκηνὴν θειοτέραν, ἅτε καὶ φωτεινὴν τυγχάνουσαν πεποίηκεν αὐτοῖς εἰς παράδειγμα μελλούσης ἀναστάσεως ὁ θεός· φωτεινὴ γὰρ νεφέλη ἐπισκιάζει τοὺς δικαίους σκεπαζομένους ἅμα καὶ φωτιζομένους καὶ ἐλλαμπομένους ὑπ' αὐτῆς· τίς δ' ἂν εἴη ἡ φωτεινὴ νεφέλη ἐπισκιάζουσα τοῖς δικαίοις, ἢ τάχα μὲν πατρικὴ δύναμις ἀφ' ἧς ἔρχεται ἡ τοῦ πατρὸς φωνὴ, μαρτυροῦσα τῷ υἱῷ ὡς ἀ-
B γαπητῷ, καὶ εὐδοκητῷ, καὶ προτρέπουσα τοὺς σκιαζομένους ὑπ' αὐτῆς τούτου καὶ μὴ ἄλλου τινὸς ἀκούειν, λέγει δ' οὗτος ὡς πάλαι, οὕτως καὶ ἀεὶ δι' ὧν βούλεται· τάχα δὲ καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα ἡ φωτεινή ἐστι νεφέλη ἐπισκιάζουσα τοὺς δικαίους, καὶ προφητεύουσα τὰ τοῦ θεοῦ ἐνεργοῦντος ἐν αὐτῇ καὶ λέγοντος· οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς ἐν ᾧ ἠυδόκησα· τολμήσας δ' ἂν εἴποιμι καὶ τὸν σωτῆρα ἡμῶν εἶναι φωτεινὴν νεφέλην· πέτρος μὲν οὖν λέγων. ποιήσωμεν ὧδε τρεῖς σκηνὰς **
C ἀφ' ἑαυτοῦ μίαν, καὶ ἀπὸ τοῦ υἱοῦ μίαν, καὶ ἀπὸ τοῦ ἁγίου πνεύματος μίαν· φωτεινὴ γὰρ πατρὸς, υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος νεφέλη ἐπισκιάζει τοὺς ἰησοῦ γνησίους μαθητάς. ἢ τὸ εὐαγγέλιον, καὶ τὸν νόμον, καὶ τοὺς προφήτας νεφέλη ἐπισκιάζει φωτεινὴ τῷ δυναμένῳ ἐνορᾷν τῷ φωτὶ αὐτῆς κατὰ τὸ εὐαγγέλιον, καὶ τὸν νόμον, καὶ τοὺς προφήτας· ἡ δὲ ἐκ τῆς νεφέλης φωνὴ τάχα μὲν μωσεῖ, καὶ ἠλίᾳ λέγει. οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς ἐν ᾧ ἠυδόκησα, ἀκούετε αὐτοῦ, ἐπιθυμοῦσιν ἰδεῖν τὸν υἱὸν τοῦ
D ἀνθρώπου, καὶ ἀκοῦσαι αὐτοῦ, καὶ θεωρῆσαι αὐτὸν καθὼς ἦν ἐν δόξῃ· τάχα δὲ ἐστὶ μαθητὰς διδάσκει, ὅτι ὁ κυρίως υἱὸς τοῦ θεοῦ, καὶ ἀγαπητὸς αὐτοῦ, ἐν ᾧ ἠυδόκησεν, οὗ μάλιστα ἀκούειν δεῖ, ὁ τότε θεωρούμενος ἦν, καὶ μεταμορφωθεὶς, καὶ λάμψας τῷ προσώπῳ ὡς ὁ ἥλιος, καὶ ἐνδεδυμένος τὰ ὡς φῶς λευκὰ ἱμάτια· μετὰ δὲ ταῦτα γέγραπται ὅτι ἀκούσαντες τῆς φωνῆς τῆς νεφέλης μαρτυρούσης τῷ υἱῷ οἱ τρεῖς ἀπόστολοι, μὴ φέροντες τὴν τῆς φωνῆς δόξαν, καὶ τὴν ἐπ' αὐτῆς δύναμιν,
E ἱκέτευσαν πεσόντες ἐπὶ πρόσωπον τὸν θεόν. σφόδρα γὰρ ἐφοβήθησαν τὸ παράδοξον τοῦ θεάματος, καὶ τὴν ἀπὸ τοῦ θεάματος λελεγμένων. πρόσχες δὲ εἰ δύνασαι καὶ ταῦτα εἰπεῖν περὶ τῶν κατὰ τὸν τόπον, ὅτι νοήσαντες οἱ μαθηταὶ τὸ υἱὸν τοῦ θεοῦ κεχρηματικέναι μωσεῖ, καὶ αὐτὸν εἶναι τὸν εἰρηκότα· οὐ γὰρ ὄψεται ἄνθρωπος τὸ πρόσωπόν μου, καὶ ζήσεται, καὶ τὴν περὶ αὐτοῦ μαρτυρίαν τοῦ θεοῦ προσλαβόντες, ὡς μὴ φέροντες τὰς τοῦ λόγου αὐγὰς ἐταπεινώθησαν ὑπὸ τὴν κραταιᾶν χεῖρα τοῦ θεοῦ· ἀλλὰ μετὰ τὴν ἀφὴν τοῦ λόγου τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐπάραντες εἶδον ἰησοῦν μόνον, καὶ οὐδένα

να ἄλλον· ἓν μόνον γέγονε μωσῆς ὁ νόμος, καὶ ἠλίας ὁ προφήτης τῷ εὐαγγελίῳ, καὶ ἐχ ὡσπερ ἦσαν πρότερον τρεῖς, οὕτω μεμυήκασιν, ἀλλὰ γεγόνασιν οἱ τρεῖς εἰς τὸ ἕν. ταῦτα ὅμοι νόει ὡς πρὸς τὰ μυστικὰ πράγματα, πρὸς γὰρ τὸ ψιλὸν γράμματος βλῆμα, μωσῆς καὶ ἠλίας ὀφθέντες ἐν δόξῃ καὶ * συλλαλήσαντες τῷ ἰησοῦ ἀπεληλύθασιν ὀθενἐληλύθησαν, τὰ χαῖ τ λόγων μεταδώσοντες, ὧν ἐλάλησε μεῖ' αὐτῶν ὁ ἰησοῦς τοῖς ὅσον ὀδηπω διεργεθησομένοις τῶ' αὐτὸ καὶ τὸν καιρὸν τῶ παθες, ὅτε ἐμελλε πολλὰ σώματα τ κεκοιμημένων ἁγίων, ἀνοιχθέντων αὐτῶν τ μνημείων, ἀπιέναι εἰς τὴν ἀληθῶς ἁγίαν πόλιν τὴν μὴ κλαομένην ὑπὸ ἰησοῦ ἱερουσαλήμ. καὶ ἐκεῖ ἐμφανισθῆναι πολλοῖς. μὴ δὲ τὴν ἐν τῷ ὄρει οἰκονομίαν καταλαμβάνοντων ἐν τῶ ὄρους τ μαθητ, ἵνα ἐλθόντες πρὸς τὸν ὄχλον ὑπηρετήσωσι τῷ ὑφ' ἑαυτῶν σωτηρίας, ἐνετείλατο ὁ ἰησοῦς τοῖς μαθηταῖς λέγων. μηδενὶ εἴπητε τὸ ὅραμα, ἕως οὗ ὁ υἱὸς τ ἀνθρώπε ἐκ νεκρῶν ἀναστῇ· τὸ δὲ· μηδενὶ εἴπητε τὸ ὅραμα, ὡς ἁπλούστερον τῷ ἐν τοῖς ἀνωτέρω εἰρῆσθαι, ὅτε διεστείλατο τοῖς μαθηταῖς, ἵνα μηδενὶ εἴπωσιν ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ χριστός· διὸ τὰ εἰς ἐκεῖνον ἐρεμφάλειαν τόπον δυνάτα ἡμῖν εἶναι χρήσιμα, ἃ πρὸς τὸ πρόκειμον, ἐπεὶ καὶ καθ' ἑαυτὰ βέλεται οἱ ἰησοῦς μὴ λεχθῆναι τ' δόξης αὐτῶ, πρὸ τῆς μὴ τὸ πάθ δόξης αὐτῶ. ἐλάθησαν γὰρ οἱ ἀκούοντες, καὶ μάλισα ὄχλοι, τὸν ὕτω δεδοξασμένον * θεωρῆσες σαρκούμενον. διόπερ ἐπεὶ συγγενὴς ἦν τῇ μεταμορφώσῃ αὐτῶ, καὶ τῷ ὀφθέντι αὐτῶ πρὸ ὡς ὁ ἥλιος, τὸ δοξασθῆναι αὐτὸν * τῇ ἀναστάσῃ, διὰ τοῦτο βέλεται τότε ταῦτα ὑπὸ τ ἀποστόλων λαληθῆναι, ἡνίκα ἐκ νεκρῶν ἀναστῇ.

A runt. Moses qui Lex est, & Elias, hoc est Prophetæ, unum & idem facti sunt ac Jesus, id est, Evangelium; nec ut prius tres erant, ita permanserunt, sed tres unum facti sunt. Hæc sic à te accipi velim, quasi ad mysticum sensum spectantia; nam quantum ad nudum literæ sensum pertinet, postquam Moses & Elias in gloria visi & cum Jesu collocuti sunt, abierunt illuc unde venerant, sermonum fortasse quos secum Jesus habuerat participes eos facturi qui ab eo passionis tempore beneficio jamjam afficiendi erant, cum scilicet, *Multa corpora Sanctorum qui dormierant* apertis suis monumentis, in civitatem vere sanctam, Ierusalem nempe, atque eam à Jesu non defletam itura & in multorum conspectum ventura erant. Matth. 27. 52, 53.

Postquam autem hæc in monte administrata sunt, descendentibus de monte Discipulis, ut postquam ad turbam accesserint, Filio Dei operam suam circa illorum salutem navent; *Præcepit Iesus Discipulis suis dicens: Nemini dixeritis visionem, donec Filius hominis à mortuis resurgat.* Matth. 17. 9.

Illud autem: *Nemini dixeritis visionem*, simile ei est quod supra examinavimus, cum *præcepit Discipulis ut nemini dicerent quia ipse esset Iesus Christus.* Matth. 16. 20.

Propterea quæ à nobis in hunc locum dicta sunt, utilia nobis esse, & ad eum quem tractamus conferre possunt; quoniam & per ista sileri vult Jesus, quæ ad gloriam suam conducunt, ante eam quam post passionem obtinebit: nam qui id audivissent, ac præsertim turbæ, tum maxime fuissent offensæ cum eum cruci affixum vidissent, qué tali affectum gloria accepissent. Quamobrem quoniam transfigurationi illius, & faciei Solis instar splendere visæ affine erat per resurrectionem gloria affici, ideo tum ab Apostolis hæc enuntiari vult, quum à mortuis surrexerit.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ ΤΩΝ ΕΙΣ ΤΟ ΚΑΤΑ ΜΑΤΘΑΙΟΝ ΕΞΗΓΗΤΙΚΩΝ ΤΟΜΟΣ ιγ'.

ORIGENIS COMMENTARIORUM IN EVANGELIUM SECUNDUM MATTHÆUM TOMUS DECIMUS TERTIUS.

Ἐπηρώτησαν αὐτὸν οἱ μαθηταὶ λέγοντες· τί οὖν οἱ γραμματεῖς λέγουσιν, ὅτι ἠλίαν δεῖ ἐλθεῖν πρῶτον, οἱ δὲ σωναναβάντες τῷ ἰησοῦ μαθηταὶ τῶν τοῦ γραμματέων περὶ ἠλίου διαλαμβανόμενον ἐμέμνηντο, ὅτι πρὸς τῆς

Interrogaverunt eum Discipuli dicentes; Quid ergo Scribæ dicunt, quod Eliam oporteat primum venire? Matth. 17. 10.

Qui cum Jesu ascenderunt Discipuli eorum quæ de Elia traduntur à Scribis recordati sunt, ante Christi videlicet adventum Eliam venientem præpara-

paraturum huic illorum animas qui eum susceperi sunt. At visus ille qui in monte contigit, quo apparuit Elias, minime his consentire videbatur quæ dicta sunt, quandoquidem non ante, sed post Jesum his Elias advenisse visus est. Idcirco mentitos Scribas existimantes hæc ajunt. Illis autem respondet Servator, ea quidem quæ de Elia traduntur non improbans; sed alium esse Eliæ adventum Scribis ignotum ante illum Christi pronuntians; in quo eum non agnoscentes *fecerunt in eo quæcunq; voluerunt*, quasi & ipsi causam præbuerint, cur ab Herode in carcerem compingeretur, ab eoque trucidaretur: deinde instar eorum quæ adversus Eliam patraverunt ab iisdem passurum se ait. Atque hæc quidem quasi de Elia quærebant Discipuli, & Servator respondebat. Qui autem id audierunt, verba hæc, *Elias jam venit*, & quod à Servatore deinde dictum est, ad Johannem Baptistam relatum esse intellexerunt. Hæc porro dicta sint illustrandi gratia propositi loci; jam vero reconditas in eo res pro virili investigemus. In his quidem per Eliam non mihi videtur anima significari, ne forte in alienam ab Ecclesia Dei de migratione è corpore in corpus sententiam, neque ab Apostolis traditam, neque uspiam in Scripturis prolatam incidam: huic enim adversatur quod scriptum est, caduca ea esse quæ videntur, & consummatum iri seculum hocce; quin & eorum peractioni: *Cælum & terra transibunt*, & : *Præterit enim figura hujus mundi*, & : *Cæli peribunt*, cum iis quæ sequuntur. Nam si, ut id ponamus, in eo rerum statu qui ab initio ad consummationem usque mundi obtinebit, eadem anima bis corpus subire potest, ecquamnam ob causam subibit illud? Si propter peccatum bis corpus subit, cur non ter, & sæpius subibit, cum per migrationem solummodo è corpore in corpus, nec alia quavis ratione vita hæc, in eaque admissa flagitia puniantur. Quod si ex consequentibus fuerit concessum, nunquam non fortasse anima è corpore in corpus transmigrabit, semper enim propter priora crimina in corpore versabitur, atque ita locum non habebit motio illa mundi, quæ *Cælum & terra transibunt*. Ut autem concedatur, juxta hanc positionem, eum qui nullius peccati reus erit, non amplius per ortum in corpus rediturum; an toto temporum decursu reperiri posse existimas animam omnis labis puram, nec ullius in aliud corpus migrationis egentem? Veruntamen & sic

Matth. 17. 12.

Matth. 17. 12.

2. Cor. 4. 18.
Matth. 13. 39.
Matth. 24 v. 35.
1. Cor. 7. 31
Psal. 101. 27.

A χρείς ἔ παρεσίας ἐλθὼν ἠλίας· ἀλλ ἐπίσ ἀυτ ἅς ψυχὰς τ̃ ὧν ἁδεδεγμένων ἀυτόν. ἡ ὄ ὃν τ̃ ὄρ ὀπασία, καθ' ἣν ὁ ἠλίας ἐφάνη, ἐδ ἐκ ἂν σωμάδειν ἅις ἐιρημένοις, ἐπεὶ ἔ μ̃ ἐν ἔ ἐδόξεν ἀυτοῖς ἐληλυθέναι ὁ ἠλίας, ἀλλὰ μετ' ἀυτόν. διὸ ταῦτά φασιν, ὀ ὀμένοι ψεύδεσ τὰς γραμματεῖς· πρὸς δὲ τ̃ὸ ὁ σωτ̃ὴρ ἀποκρίνε ἐκ ἀφετ̃ὼ τὰ μ̃ὲ τ̃ ἠλίᾳ μ̃ὴ ἁδεδόμενα, ἀλλὰ ἄλλην τ̃ ἠλίᾳ, πρὸ τ̃ χρισ̃ὸ, ἀποδημίαν, ἀγνοηθεῖσαν ὑπ̃ὸ τ̃ὼν γραμματέων εἶναι φάσκων, καθ' ἣν ἀγνοήσ ἀυτὸν, ὡς συναπ ἠ ὀμένοι τ̃ὼ ἀυτὸν εἰς φυλακὴν βληθῆναι ὑπ̃ὸ ἠρώδ, ἢ τ̃ὼ ἀυτὸν ἀναιρεθῆναι ὑπ̃ὸ ἀυτ̃ὼν, πεποίκασιν * ἐν αὐτ̃ῷ ὅσα ἠθέλησαν, εἶτα ἀνα- * 1. λογον ὃς πεποίκασιν εἰς τὸν ἠλίαν φοβ ὑπ̃ὸ ἀυτ̃ὼν πείσεσ̃ θ τ̃ὰ μ̃ὲν ὡς μ̃ὲν ἠλίᾳ ὀπ μαθηταῖς ἐπηρώτων, ἢ ὁ σωτ̃ὴρ ἀπεκρίνατο. ὁ ἀκέσ ἀντες συνῆκαν * τό. ἠλίας ἤδ ἠ πλ̃ὲν ἢ τὸ ἐξ̃ὴς αὐτ̃ῷ ἐιρημένον ὑπ̃ὸ τ̃ὸ σωτ̃ῆρ, τὴν ἀναφορὰν ἐκ ἐκείνην ὀπ̀ τὸν βαπτισ̃ὴν ἰωάννην κ τ̃ὰ ταῦτα μ̃ὲν ἐιρήσ̃θω τ̃ὰ φηνείας ἕνεκεν ἐ ἐκτεινόμενα ῥητ̃ὸν. ἤδ ἢ ὃ ἢ δύναμιν ἢ τ̃ὼ * ἐν ἀποκειμένων αὐτ̃ῷ προφ̃ὴτ̃ὼν τ̃ὴν ὑ̃ξησιν ποιησ̃ὼμ̃θα. ἐν τ̃ὸ ἠλίας, ἐχ' ἡ ψυχὴ δοκεῖ μοι λέγειν, ἵνα μὴ ἐμπίπ ἐὶς τὸ ἀλλότριον τ̃ ἐκκλησίας δ θεῦ πε̃ὶ τ̃ μετενσωματ̃ώσεως δόγμα, ἔτε ἁδεδόμενον ὑπ̃ὸ τ̃ὼν ἀποσ̃όλων, ἔτε ἐμφανὲς μ̃ὸν πε τ̃ὼν γραφ̃ὼν, ἢ δ ἐνάντιον ἐσ τ̃ῷ βλεπόμενα πρ̃ὸς καιρ̃ὸν εἶναι, ἢ σωτελεσθ πείσεσ̃ τὸν αἰῶνα τ̃ὸν. ἀλλὰ ἢ τ̃ῷ πληρω- D θ̃ῆναι. ὁ ὐρανὸς ἢ ἡ γ̃ῆ παρελεύσονται, ἢ * τὸ * 1. ἢ ἁδάγγαγε τὸ χ̃ῆμα ἔ κόσμ τ̃ὸ τ̃ὸ, ἢ * τὸ * 1. ὁ ὐρανοὶ ἀπολοῦνται, μ̃ὴ τ̃ὼν ἐξ̃ὴς αὐτ̃ῷ ἐιρ̃ὴ, καθ' ὑπ̃ὸθεσιν, ὃς ἀμ̃ὼμ ἢ γ̃ῆ ἐν τ̃ῷ ἀπ ἀρχ̃ῆς μ̃ὲχε συντελείας τ̃ὸ κόσμ κατ̃ὰσ ἢ αὐτ̃ὴ ψυχὴ ἐν τ̃ῷ σώματι, δι' αἰτίαν ἂν γένοι ἐν αὐτ̃ῷ, * ἢ δι' ἁμαρτίαν ἢ ῥομ̃ὴν ὃς ἐν * 1. σώματι, διὰ τί ἐχ̀ ἐτείς, ἢ πλεοναζ̃ὴς ἔσ ἐν αὐτ̃ῷ, τ̃ὼ διὰ τὸν βίον τ̃ὸν τ̃ὸν ἁμαρτ̃ὼμένα ἐν αὐτ̃ῷ κολάσεων τ̃ὸ ἀποδ̃ὸσομ̃ὸν μόν τ̃ῷ τρ̃ὸπ κατ̃ὰ τὼ μετενσω- E σιν, ὅπ ἐὰν ἐξ ἀκολεθίας δοθ̃ῇ, σκ̃ὲσαι ἔχα ὅτε ψυχὴ ἐ μετενσωμαθ̃ήσε). ἀεὶ γὰρ διὰ τ̃ὰ πρ̃ὸτερ̃ὸ ἁμαρτ̃ήμα ἐπιδημ̃ήσ τ̃ῷ σώμ, ἢ ἔτως ἐχ' ἑξ̃ῆ χ̃ὼραν ἢ τ̃ὸ κόσμ * φορ̃ὸ καθ' * 1. ἣν ὁ ὐρανὸς ἢ ἡ γ̃ῆ παρελεύσον). ἵνα ὃ, κατ̃ὰ τὼ ὑπ̃ὸθεσιν ταύτην, δίδω) τὸν παν̃ὸ ἀναμάρτ̃ὸν μηκέτι ἔχειν εἰς τ̃ὸ διὰ φθορ̃ὰς σ̃ῶμα,

* διὰ χρόνων ὁσ μίαν δ̀ρήσεως παν̃ὸ καθαρθ̀σασαν ψυχὴν, ἢ μ̀ δεομ̃ένην μετενσω- * 1. μαθ̃ώσεως, ὅμως ὃ ἔ ὅτως μιᾶς πν̃ὸ ἀεὶ ὲκ τ̃ὸ ὡρισμ̃ένῳ τ̃ ψυχ̃ὼν ἀριθμ̃ῷ μεθισα- μένης

μῦρης, καὶ μηκέτι εἰς σῶμα ἐρχομένης, ἀπολεί-
πότε ὡς διά τινων ὥσπερ ἀπείρων χρόνων
ἡ χύσις, καταντήσαντος δὲ κόσμου ἐπί τινα
ἕνα, ἢ δεύτερον, ἢ ὀλίγω πλείους, μεθ' ὃς ἂν αὐ-
τὸς τελειωθέντας, ὁ κόσμος φθαρήσεται, ἀπολεί-
πόντων τῶν εἰς σῶμα ἐρχομένων. ὥσπερ οὖν ἀρέσ-
κει τῇ γραφῇ, πλῆθος γὰρ οἶδεν ἁμαρτωλῶν ὁ κύ-
ριος τοῦ κόσμου φθοράς. ὅπερ ἐστὶ δῆλον συν-
εξεταζομένῳ δὲ πλεῖ ἐλθὼν ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώ-
που ἆρ' εὑρήσει τὴν πίστιν ἐπὶ τῆς γῆς, ὡς δύσερμνον πα-
ρὰ τῷ ματθαίῳ ἔτως εἰρημένον. ὥσπερ γὰρ αἱ ἡ-
μέραι δὲ νῶε, ἔτως ἔσται ἡ παρουσία τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀν-
θρώπου. ὡς γὰρ ἦσαν ἐν ταῖς ἡμέραις δὲ κατα-
κλυσμῶ, καὶ τὰ ἑξῆς· ἔσται γὰρ τότε ἡ τῶν ἁ-
μαρτημάτων εἰς πρᾶξις, οὐκ ἐν μετενσωμα-
τώσει. εἰ γὰρ ἐπαμαρτάνοντες ὥσπαλαμβάνον-
ται, ἤτοι ἀλλοτρόπω κολάσεως μὴ τύχοντα κολα-
σθήσονται, ἢ κἂν τύχωσι δύο τρόποι κολάσεων
ἔσονται χυσικοί. ὁ μὲν ἐν μετενσωματώσει, ὁ δὲ
ἔξω δὲ τοιούτου σώματος, καὶ λεγέτωσαν ὡς
τούτων αἰτίας, καὶ διαφορὰς. ἢ κολασθήσονται,
ὡς ἁρπάσαντες ἀποβαλόντες τὰ ἁμαρτήματα οἱ ἐπὶ
σωτηρίᾳ καταλειφθέντες, ἢ, ὅπερ βέλτιον, εἷς
ἑτέρου κολάσεως τοῖς ἡμαρτηκόσιν ἐν σώμα-
τι τοῦ ἔξω ὡσπερ καταστάσεως δὲ διὰ τοῦτο τὸ κα-
ταξίαν τῶν ἡμαρτημένων παθεῖν. ἕκαστον δὲ τού-
των τῷ ἐνορᾶν δυναμένῳ τοῖς πράγμασιν ἀνα-
τρεπτικόν ἐστι μετενσωματώσεως· εἰ δὲ ἀναγκαί-
ως οὐ τῶν μετενσωμάτωσιν εἰσάγοντες ἕλληνες,
ὡς ἀκόλουθα αὐτοῖς πεφθέντες, οὐδὲ φθαρήσεσθαι βέ-
λοντα τὸν κόσμον, ὥσπερ καὶ τοῦτες ἀντιβλέψαν-
τας ταῖς ἐκφαινούσαις γραφαῖς φθαρήσεσθαι
τὸν κόσμον, ἢ ἀπιστήσαι αὐταῖς, ἢ δύσεκλογεῖν
πρὸς διηγήσεως τῶν μὴ τῶν σωτελεισθῆναι, ὅπερ
καὶ βέλοντα ποιῆσαι δυνήσονται· ἔπειτα καὶ
τοῦτοις τολμήσασιν ἀν λέγειν μὴ φθαρήσεσθαι
τὸν κόσμον φήσομεν, ὅπερ εἰ μὴ φθαρήσεται ὁ κό-
σμος, ἀλλ' ἐπ' ἄπειρον ἔσαι, οὐκ ἔσαι ὁ θεὸς
εἰδὼς τὰ πάντα πρὸ γενέσεως αὐτῶν· ἀλλ' εἰ
ἄρα ἀνὰ μέρος, ἤτοι ἕκαστον εἴσεται πρὸ γενέ-
σεως αὖθις, ἄπειρα, καὶ μὴ ταῦτα πάλιν ἕτερα. ἄ-
πειρα δὲ τῇ φύσει ἔχ' οἷόν τε προλαμβάνειν
τῇ περατὲν πεφυκυίᾳ τὰ γνωσκόμενα γνώσει·
τοῦτο δὲ ἀκολουθεῖ μηδὲ προφητείας δυνα-
γένειν προλαμβάνειν πάντων ὑπαρχόντων, ἅτε ἀπείρων ὄν-
των τῶν πάντων· ἀναγκαίως δὲ οἶμαι ἐν διατε-
θείσῃ τῇ ἐξετάσει τὸ περὶ μετενσω-
ματώσεως λόγου, διὰ τοῦ πάντων ὑπόνοιαν,
ἀπηθέντων ψυχὴν εἶναι, περὶ ἧς ὁ λόγος,

A aliqua semper ex præfinito animarum numero excedente, nec amplius redeunte in corpus, ortus aliquando, post immensum puta tempus desinet, redacto scilicet ad unum, vel alterum, vel paulo plures mundo, quibus jam perfectionem adeptis mundus interibit, deficientibus qui in corpus eant; quod Scripturæ minime consentaneum est; multitudinem siquidem peccatorum futuram novit, quo tempore interibit mundus, quòd ex his attente consideratis perspicuum est: *Verumtamen Filius hominis veniens putas inveniet fidem in terra?* & Luc. 18. 8.
B quemadmodum apud Matthæum ita expressum invenimus: *Sicut autem in diebus Noë, ita erit & adventus Filii hominis, sicut enim erant in diebus diluvii*, & cætera. Punientur autem eorum peccata qui tunc erunt, non per migrationem è corpore in corpus: nam si adhuc peccantes deprehenduntur, vel alio pœnæ genere postea punientur; ac duæ proinde generales puniendi rationes erunt, illa quidem per transitum è corpore in corpus; illa vero extra hocce corpus; ac illarum causas & differentias exponant; Matth. 24. 37, 38.
C vel non punientur, quasi peccata sua confestim abjecerint qui in consummatione fuerint deprehensi: vel, quod melius est, una tantum ratione plectuntur, qui in corpore peccaverunt, pœnas videlicet extra illud, & extra vitæ hujus statum ex peccatorum suorum merito dantes. Unumquodque autem illorum, ut facile intelligit, quisquis res introspicere potest, sententiam de migratione animarum è corpore in corpus funditus labefactat. Quod si qui transitum animarum in varia corpora invehunt Ethnici, utpote consentanea doctrinæ huic adstruentes, mundi interitum necessario
D non admittunt, superest ut postquam Scripturis mundi occasum asserentibus palam refragati fuerint, vel fidem iis non habeant, vel verba reperiant quibus ea quæ ad consummationem pertinent explicare possint, quod facere neutiquam poterunt, etiamsi velint. Præterea vero & illud iis qui mundum minime periturum sciscunt, dicemus, Deum non omnia antequam fiant cognituram; si mundus non interibit, sed in infinitum perseverabit. At si forte per vices cognoscet; vel unumquodque antequam
E oriatur, cognoscet; vel nonnulla, & rursum deinde alia: fieri quippe non potest ut quæ natura infinita sunt, cognitione omnia cognita ex natura sua finiente comprehendantur: inde autem sequitur, nec de rebus omnibus quibuslibet vaticinationes edi posse, cum res omnes infinitæ sint. Necesse autem habuisse me existimo in hujus de migratione animarum in varia corpora quæstionis disquisitione studium & operam ponere, propter quorundam suspi-

cionem, quibus persuasum est animam hanc de qua agitur, eandem esse Eliæ ac Johannis, primum quidem Eliam appellatam, deinde vero Johannem: nec item sine Dei nutu Johannem dictum illum fuisse opinor, ut ex eo patet quod Angelus Zachariæ visus dixerit ei: *Ne timeas, Zacharia, quoniam exaudita est deprecatio tua, & uxor tua Elisabet pariet tibi filium, & vocabis nomen ejus Iohannem:* & ex eo quod vocem recuperaverit Zacharias, postquam Johannem eum esse appellandum qui natus erat, in tabella scripsit Quod si anima hæc Elias erat, oportebat illum Eliam quoque appellari, quum iterum natus est, vel certe aliquam proferri rationem, cur mutatum nomen fuerit; quemadmodum de Abram, & Abraham; de Sara, & Sarra; de Jacob, & Israël; & de Simone, & Petro. Verum ne sic quidem par erat in illis ratio; his enim quos diximus in una eademque vita mutationes nominum factæ sunt. Quæsierit autem aliquis, si non anima Elias primum erat in Thesbita, & deinde in Johanne, quid tandem illud erat quod in utroque Elias à Servatore appellabatur. Ego vero dico Gabrielem, quænam eadem esset in Elia & Johanne natura, in sermone cum Zacharia habito suggessisse; ait enim: *Multos filiorum Israel convertet ad Dominum Deum ipsorum, & ipse præcedet ante illum in spiritu & virtute Eliæ.* Attende enim non dixisse illum, *in anima Eliæ*, ut locum habeat illa de animarum è corpore in corpus transitu opinio, sed *in spiritu & virtute Eliæ*: optime autem discrimen callet Scriptura, quod inter animam & spiritum intercedit; quemadmodum illud: *Deus autem sanctificet vos per omnia, ut integer spiritus vester, & anima, & corpus sine querela adventu Domini nostri Iesu Christi serveter*; & illud quod habetur in libro Daniel, prout extat apud Interpretes Septuaginta: *Benedicite Spiritus & animæ justorum Domino*, spiritus & animæ differentiam exprimit. Johannes igitur non animæ, sed spiritus & virtutis ratione Elias dictus est, quæ quidem Ecclesiæ doctrinam non lædunt, si primum in Elia, deinde vero fuerunt in Johanne: *Et spiritus Prophetarum Prophetis subjecti sunt*, animæ autem Propheturum Prophetis subjectæ non sunt; &: *Requievit spiritus Eliæ super Elisæum.* At quærendum venit, utrum idem sit Eliæ spiritus, ac spiritus Dei qui in Elia est, an invicem discrepent, & utrum insolitus erat hic Eliæ qui in illo erat Spiritus, præter uniuscujusq; hominis spiritum, qui in ipso est. Etenim præter uniuscujusq; hominis spiritum qui in eo est, alium insuper esse Dei, etiamsi in nobis versetur spiritum, luculenter significavit Apostolus, modo

Luc. 1. 13.

Luc. 1. 63.

Luc. 1. 16, 17.

1. Thess. 5. 23.

Dan. 3. 86.

1. Cor. 14. 32.

4. Reg. 2. 15.

τῷ αὐτὴν ἠλίᾳ καὶ ἰωάννᾳ, πρότερον μὲν κληθεῖσαν ἠλίαν, δεύτερον δ' ἰωάννην. καὶ ἐκ θεοῦ γε κεκλῆσθαι ἰωάννην αὐτὸν, ὡς δῆλον ὅτι τὸν ὀφθέντα ἄγγελον τῷ ζαχαρίᾳ εἰρηκέναι αὐτῷ. μὴ φοβοῦ, ζαχαρία, διότι εἰσηκούσθη ἡ δέησίς σου. καὶ ἡ γυνή σου ἐλισάβετ γεννήσει υἱόν σοι, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἰωάννην, καὶ ὅτι ἀπεκρίθη τὸν ζαχαρίαν διὰ τῶν φωνῶν, μὴ τῶν ἐν τῇ πινακίδι γεγραμμένων καὶ ἰωάννην καλεῖσθαι τὸν γεγραμμένον· εἰπεῖν ἡ ψυχὴ ἠλίας ἦν, ἐχρῆν καὶ δεύτερον αὐτὸν γεννώμενον κληθῆναι ἠλίαν, ἢ ἀλλίαν τινὰ φανῆναι τὴν μετωνυμίας, ὡς ἐπὶ Ἀβραὰμ, καὶ τῆς σάρας καὶ τῆς σάρρας, καὶ τοῦ ἰακὼβ καὶ ἰσραὴλ, καὶ τοῦ σίμωνος καὶ πέτρου. καίτοιγε εἰ ἔτως ὁ λόγος ἐν αὐτοῖς ἐσώζετο, ἐν μιᾷ καὶ τῇ αὐτῇ ζωῇ τοῖς πρώτοις γεγονέναι τὴν μετωνυμίαν· ζητήσαι δ' ἄν τις, εἰ μὴ ἡ ψυχὴ ἠλίας ἐστὶ πρότερον ἐν τῷ θεσβίτῃ, καὶ δεύτερον ἐν τῷ ἰωάννῃ, τί ἂν εἴη τὸ κληθὲν ἐπ' ἀμφοτέροις ἠλίας. καὶ φημὶ τὸν γαβριὴλ ἐν τοῖς πρὸς ζαχαρίαν λόγοις ὑποβεβληκέναι τίς ἡ αὐτὴ οὐσία ἐν ἠλίᾳ καὶ ἰωάννῃ. φησὶ γάρ. πολλῶν ἰσραὴλ πολλοὺς ἐπιστρέψει ἐπὶ κύριον τὸν θεὸν αὐτῶν. καὶ αὐτὸς προελεύσεται ἐνώπιον αὐτοῦ ἐν πνεύματι καὶ δυνάμει ἠλίου. πρόχειρον, ἐκ εἴπεν, ἐν ψυχῇ ἠλίου, ἵν' ἔχοι τόπον ἡ μετενσωμάτωσις, ἀλλ' ἐν πνεύματι καὶ δυνάμει ἠλίου· σαφῶς δ' οἶδεν ἡ γραφὴ διαφορὰν πνεύματος πρὸς ψυχὴν, ὡς τὸ. ὁ δὲ θεὸς ἁγιάσαι ὑμᾶς ὁλοτελεῖς, καὶ ὁλόκληρον ὑμῶν τὸ πνεῦμα, καὶ ἡ ψυχὴ, καὶ τὸ σῶμα τηρηθείη ἀμέμπτως ἐν τῇ παρουσίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ, καὶ τὸ. ὀλιγοστεῖτε πνεύματα καὶ δικαίων ψυχαὶ, ἐν ταῖς κατὰ τὰς ἑβδομήκοντα δανιὴλ φερόμενον, παρίσησι τὴν διαφορὰν πνεύματος καὶ ψυχῆς· ἠλίας μὲν ὁ ἰωάννης δὲ διὰ τὴν ψυχὴν λελεκται, ἀλλὰ διὰ τὸ πνεῦμα, καὶ τὴν δύναμιν, ἅτινα ἐδέξατο μὲν ἐν ἠλίᾳ, ὕστερον δὲ γέγονεν ἐν ἰωάννῃ· καὶ πνεύματα προφητῶν προφήταις ὑποτάσσεται, καὶ ἡ ψυχὴ προφητῶν προφητῶν ὑποτάσσεται, καὶ τὸ πνεῦμα ἠλίου ἀναπέπαυται ἐπὶ ἐλισαιέ. ζητητέον δὲ πότερον ταὐτόν ἐστι τὸ πνεῦμα τοῦ ἠλίου τῷ ἐν ἠλίᾳ πνεύματι θεοῦ, ἢ ἕτερα ταῦτ' ἐστὶν ἀλλήλων, καὶ εἰ δοξάζοιτο τὸ πνεῦμα τοῦ ἠλίου τὸ ἐν αὐτῷ, ὥσπερ τὸ πνεῦμα ἑκάστου ἀνθρώπου ἑκάστου τὸ ἐν αὐτῷ· καὶ δὴ σαφῶς ὁ ἀπόστολος παρέσπασεν ἕτερον εἶναι τοῦ θεοῦ πνεῦμα, κἂν ἐν ἡμῖν ᾖ, ὥσπερ τὸ πνεῦμα ἑκάστου ἀνθρώπου τὸ ἐν αὐτῷ, ὅπου μὲν λέγων· αὐτὸ τὸ πνεῦμα συμμαρτυρεῖ τῷ πνεύ-

πνεύματι ἁγίῳ. ὅπ ἐστὶν τέκνα θεῦ. ὅτε δὲ ἑδεὶς οἶδεν ἀνθρώπων τὰ τῦ ἀνθρώπε, εἰ μὴ τὸ πνεῦμα τῦ ἀνθρώπε τὸ ἐν αὐτῷ· ὕτω καὶ τὰ τῦ θεῦ ἑδεὶς ἔιδεν, εἰ μὴ τὸ πνεῦμα τῦ θεῦ. μὴ θαύμαζε δὲ τὸ περὶ τῦ ἠλίε, εἰ ὥσπερ ξένον τι ἀπήντησεν αὐτῷ περὶ τὰς ἀναγεγραμμένας παῤ ἁγίας, διὰ τὸ ἀναληφθῆναι ἐν συσεισμῷ εἰς τὸν ἀέρα, ἕτως ἐξαίρετόν τι εἶχε τὸ πνεῦμα αὐτε, ὡς ἐμόνον ἐπαναπαύσασθαι τῷ ἠλισαίῳ, ἀλλὰ καὶ τῷ ἰωάννῃ συγκαταβῆναι εἰς τὴν γένεσιν, καὶ τὸν ἰωάννην ἰδίᾳ μὲν πνεύματος ἁγίε πεπληρῶσθαι ἐπ᾽ ἐκ κοιλίας μητρὸς αὐτε, ἰδίᾳ δὲ προεληλυθέναι ἐνώπιον τῦ χρισῦ ἐν πνεύματι καὶ δυνάμει ἠλίε· καὶ γὰρ δυνατὸν πνεῦμα εἶναι ἐν τῷ αὐτῷ, ἐμόνον χείρονα, ἀλλὰ καὶ κρείττονα· αἰτεῖ γοῦν ὁ δαβὶδ γενέσθαι μὲν πνεῦμα ἐγκαινισθῆναι ὃ ἐν τοῖς ἐγκάτοις αὐτε πνεῦμα εὐθὲς· εἰ δὲ ἵνα μεταδῷ ἡμῖν ὁ σωτὴρ πνεύματος σοφίας καὶ συνέσεως, πνεύματος βελῆς καὶ ἰσχύος, πνεύματος γνώσεως καὶ εὐσεβείας, καὶ ἐνεπλήσθη πνεύματος φόβε θεῦ, δυνατὸν καὶ ταῦτα νοεῖσθαι πλείονα ἐν τῷ αὐτῷ εἶναι κρείττονα πνεύματα· καὶ τῦτο μὲν παρεθέμεθα, διὰ τὸ ἐν πνεύματι καὶ δυνάμει ἠλίε προελθεῖν ἐνώπιον χρισῦ τὸν ἰωάννην, ἵνα τὸ· ἠλίας ὃν ἦλθεν, ὅπ τὸ ἐν τῷ ἰωάννῃ ἀναφέρῃ πνεύματι τῦ ἠλίε, ὡς καὶ ζητήσαν οἱ συναναβαίνοντες τοῖς μαθηταῖς, ὅπ περὶ ἰωάννε ἐβαπίσε εἶπεν αὐτοῖς· ὅπι μὲν ὖν τὸν ἐλισαῖον μόνον ἀναπέπαυται τὸ ἠλίε πνεῦμα. ὁ δὲ ἰωάννης προελήλυθεν, ὡς ἐν μόνῳ τῷ πνεύματι, ἀλλὰ καὶ ἐν δυνάμει ἠλίε· διὸ καὶ ἐλισαῖος μὲν ὐκ ἀνῆλθεν εἰς ὄρος, ἰωάννης ὃ αὐτός ἦν ἠλίας· εἰ ὃ δεῖ προσθεῖναι τοῖς γραφεῦσι, ὅθεν ἔλεγον οἱ γραμματεῖς ὅτι ἠλίαν δεῖ ἐλθεῖν πρῶτον. ἀκμὴ δὲ μαλαχίε λέγοντος· ἰδὲ ἐγὼ ἀποστελῶ ὑμῖν ἠλίαν τὸν θεσβίτην, καὶ τὰ ἑξῆς, ἕως δ᾽. πρὶ ἐλθεῖν με, κατάξω τὴν γῆν ἀρὸν· ἔοικε γε διὰ τῶν δηλῦν ὅτι προορισθεὶς ὁ ἠλίας τῇ ἐνδόξῳ χρισῦ παρουσίᾳ, διά τινων ἱερῶν λόγων καὶ καταστάσεων ἐν ταῖς ψυχαῖς, τῆς εἰς τῦτο ἐπιτηδείως γενομένους, ἦν ὅτε ἀνενεχθῆναι ὁ ἐπὶ γῆς, διὰ τὸ προβάλλον τῆς δόξης, εἰ μὴ ἦσαν προβεβουλευμένοι· ἠλίαν ὃ καὶ ἐν τούτοις, ἑτέρᾳ ψυχὴν λαμβάνῳ δ᾽ προφήτην ἐκείνε, ἀλλὰ τὸ πνεῦμα καὶ τὴν δύναμιν αὐτε· ταῦτα γάρ ἐσιν οἷς τὰ παῖδα ἀποκατασήσεται, ἵνα ἀποκαλυφθῶσι, καὶ ὂν ἀποκαλύψεως γενομένοις χωρητικοῖς τῆς δόξης τῦ χρισῦ, ἐπιδημήσῃ ὁ ἐν δόξῃ ὀφθησόμενος ὑὸς τῦ θεῦ· εἰ ὃ καὶ λόγος τίς ἐστιν ὁ ἠλίας ἀποδέσερος λόγος τῦ ἐν ἀρχῇ

A dicens: *Ipse spiritus testimonium reddit spiritui nostro quod sumus filii Dei*, aliàs verò: *Nemo hominum scit quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis qui in ipso est; ita & quæ Dei sunt, nemo cognovit, nisi spiritus Dei.* Quod ad Eliam autem pertinet ne mireris, si quemadmodum inusitatum quid illi præter Sanctos omnes, de quibus scriptum est, contigit, cum in cœlum per turbinem evectus est; ita peculiare aliquid spiritus ejus habuit, adeo ut non requieverit solum super Elisæum, sed & cum Johanne, ut una cum eo nasceretur, descenderit, & Johannes seorsum quidem *Spiritu Sancto repletus fuerit adhuc ex utero matris suæ*; seorsum vero *præcesserit ante Christum in spiritu & virtute Eliæ.* Spiritus enim non nequam solum, sed & boni in eodem plures esse possunt; postulat quippe David *In spiritu principali confirmari, spiritum vero rectum innovari in visceribus suis.* Quod si ut nobis *spiritum sapientiæ & intellectus, spiritum consilii & fortitudinis, spiritum scientiæ & pietatis* communicet Servator, *repletus est ipse spiritu timoris Dei*, plures hi spiritus boni in eodem animadverti possunt. Atque id quidem proposuimus, quia *præcessit ante Christum Iohannes in spiritu & virtute Eliæ*, ut ista verba: *Elias jam venit*, ad spiritum Eliæ qui in Johanne erat, referantur, quemadmodum qui ascenderant cum eo, *intellexerunt discipuli tres, qua de Iohanne Baptista dixisset eis.* Solus igitur *requievit spiritus Eliæ super Elisæum*; Johannes autem præcessit, non in spiritu solum, sed & in virtute Eliæ. Propterea Elisæus dictus non est Elias, Johannes autem ipse erat Elias. Quod si is Scripturæ locus in medium proferendus est, quo adducti Scribæ venturum prius Eliam dicebant, audi Malachiam dicentem: *Et ecce ego mittam vobis Eliam Thesbiten*, & cætera, usque ad id: *Ne forte veniam, & percutiam terram anathemate.* His autem verbis significari videtur, futurum ut Elias per sacros quosdam sermones, & animos componendo ac constituendo, eos ad gloriosum Christi adventum præparet qui ad id idonei facti fuerant; quem profecto propter gloriæ magnitudinem non sustinuissent qui supra terram degebant, nisi ab Elia fuissent præparati. Eliam autem hoc loco, non animam hujus Prophetæ, sed spiritum illius & virtutem interpretor. Ea enim sunt quibus omnia restituentur, ut iis qui restituti fuerint, & ex ea restitutione gloriæ Christi capaces facti fuerint, Dei Filius in gloria videndus adveniat. Si autem Elias Verbum aliquod est; eo Ver-

Rom. 8, 16.
1. Cor. 2. 11.
4. Reg. 2. 11.
Luc. 1. 15. 17.
Psal. 50. 14.
Isa. 11, 2.
Matth. 17. 12.
Matth. 17. 13.
Mal. 4. 5.

bo inferius quod in principio Verbum erat apud Deum, possit illud profecto, tanquam ad eos exercendos & consuefaciendos, in populo à se parato versari, ut ad Verbum perfectum excipiendum instruatur. Dubitabit autem aliquis an spiritus & virtus Eliæ quæ in Johanne erant, aliquid perpessa sint, juxta illud: *Fecerunt in eo quæcunque voluerunt*: ac ad id simpliciter quidem respondebitur à ratione non abhorrere ea quæ auxilium præbent, propter charitatem, eorum quæ adjuvantur malis affici; ait siquidem Jesus: *Propter infirmos, infirmus fui; & propter esurientes, esurii; & propter sitientes, sitii*; respondebitur vero accuratius dictum non esse: *Sed fecerunt ei quæcunque voluerunt in eo*; ea enim quæ mala tolerabant, spiritui & virtuti Eliæ innixa erant; Johannis nimirum anima, quæ Elias non erat; fortasse vero & corpus, aliter enim in corpore anima est, & spiritus, & virtus; aliter vero justi corpus in melioribus, quasi his innixum, ab iisque pendens: *Qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt. Vos autem in carne non estis, sed in spiritu: si tamen spiritus Dei habitat in vobis.* Peccatoris enim anima in carne est; justi autem, in spiritu. Quin & illud quæri potest, ad quemnam id pertineat: *Sed fecerunt in eo quæcunque voluerunt*; an ad Scribas, de quibus Discipuli inquirentes dicebant: *Quid ergo Scribæ dicunt, quod Eliam oporteat primum venire?* Sed non multa Johanni videntur à Scribis inflicta mala, nisi fortasse quod fidem ei non habuerunt; vel etiam quod, ita ut à nobis supra dictum est, causam & ipsi præbuerunt his quæ adversus eum perpetrare ausus est Herodes. Alter vero dixerit verba hæc: *Sed fecerunt in eo quæcunque voluerunt*, non ad Scribas, sed ad Herodiadem, ipsiusque filiam, & Herodem qui *Fecerunt in eo quæcunque voluerunt*, esse referenda. Quod autem sequitur his expressum verbis: *Sic & Filius hominis passurus est ab eis*, ad Scribas referri potest, si ad Scribas quoque refertur id quod præcedit: si autem ad Herodem, & Herodiadem, ejusque filiam; ad eos quoque posterius hoc refertur: morti sedenim Jesu consensisse videtur Herodes, conscia fortasse illius uxore, & structarum adversus Christum insidiarum participe.

Ioh. 1. 1.

Matth. 17. 21.

Rom. 8. 9.

πρὸς τὸν θεὸν θεὸς λόγος, καὶ ἔτω ἂν δύναιτο ὥσπερ εἰ γύμνασμα ἐπιδημεῖν τῷ ἑτοιμαζομένῳ λαῷ ὑπ' αὐτοῦ, ἵνα ψυχὴν κατασκευασμένῳ πρὸς ὑποδοχὴν τελείου λόγου. ἀπορήσει δ' ἄν τις εἰ τὸ πνεῦμα καὶ ἡ δύναμις Ἠλίου ἦν ἐν Ἰωάννῃ πεπονθότα, καὶ τί. ἐποίησαν οὖν αὐτῷ ὅσα ἠθέλησαν. καὶ πρὸς ὅτο λελέξεται, ἀπέστερον μὲν ὅτι οὐδὲν ἄτοπον διὰ τὴν ἀγάπην συμπάσχειν τὰ βοηθούμενα τοῖς βοηθοῦσιν. καὶ Ἰησοῦς γοῦν φησι. διὰ τοὺς ἀσθενοῦντας ἠσθένουν, καὶ διὰ τοὺς πεινῶντας ἐπείνων, καὶ διὰ τοὺς διψῶντας ἐδίψων. βαθύτερον δὲ ὅτι οὐκ ἔφθασαν. ἀλλὰ ἐποίησαν αὐτῷ ὅσα ἠθέλησαν ἐν αὐτῷ, ἦν γὰρ ἐπεφρισμένα τῷ πνεύματι, καὶ τῇ δυνάμει Ἠλίου τὰ πεπονθότα, ἡ ψυχὴ Ἰωάννου ἁδαμοῦ ἓν Ἠλίας, τάχα δὲ καὶ τὸ σῶμα. καὶ ἄλλον γὰρ τρόπον ἐν σώματι ψυχὴ, καὶ πνεῦμα, καὶ δύναμις. καὶ ἄλλον δὲ τὸ σῶμα τοῦ δικαίου ἐν τοῖς κρείττοσιν, ὥσπερ ἐρηρεισμένον αὐτοῖς, καὶ αὐτῶν ἠρτημένον. οἱ δὲ ἐν σαρκὶ ὄντες θεῷ ἀρέσαι οὐ δύνανται, ὑμεῖς δὲ οὐκ ἐστὲ ἐν σαρκὶ, ἀλλ' ἐν πνεύματι, εἴπερ πνεῦμα θεοῦ οἰκεῖ ἐν ὑμῖν. ἡ γὰρ ψυχὴ μὲν ἁμαρτωλοῦ ἐν σαρκί ἐστι, δὲ δικαίου ἐν πνεύματι. ἐπὶ δὲ καὶ δεῖ αὐτὸ ζητηθῆναι, τό. ἀλλ' ἐποίησαν ἐν αὐτῷ ὅσα ἠθέλησαν, ἐπὶ ἵνα ἀναφέρεται; ἆρα γὰρ ἐπὶ τοὺς γραμματεῖς, ἀφ' ὧν πιθανόμοι οἱ μαθηταὶ ἔλεγον. πῶς οὖν οἱ γραμματεῖς λέγουσιν ὅτι Ἠλίαν δεῖ ἐλθεῖν πρῶτον; ἀλλ' ὁ παῦλος φαίνεται ὑπὸ τῶν γραμματέων πεπονθέναι τὰ Ἰωάννου, εἰ μὴ ἆρα ὅτι οὐκ ἐπίστευσαν αὐτῷ, ἢ ὅτι, ὡς καὶ αὐτὸς ἔφθημεν, σωμάτων γεγονότων τοῖς τετολμημένοις κατ' αὐτοῦ ὑπὸ Ἡρῴδου. ἀλλ' οὐ δ' αὖ ἔστι ὅτι τό. ἀλλ' ἐποίησαν ἐν αὐτῷ ὅσα ἠθέλησαν, οὐκ ἐπὶ τοὺς γραμματεῖς, ἀλλ' ἐπὶ τὸν Ἡρῴδην καὶ τὴν θυγατέρα αὐτῆς, καὶ τὸν Ἡρῴδην ἀναφέρεται, ποιήσαντας ἐν αὐτῷ ὅσα ἠθέλησαν. καὶ τὸ ἑξῆς δὲ διὰ τό. ἔτως ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου μέλλει πάσχειν ὑπ' αὐτῶν, ἀναφέρεται δ' ἂν εἰ μὲν τὸ πρότερον διὰ τοὺς γραμματεῖς. εἰ δὲ τὸ * δεύτερον, ἐπὶ τὸν Ἡρῴδην, καὶ τὴν Ἡρῳδιάδα, καὶ τὴν θυγατέρα αὐτῆς, καὶ τὸ δεύτερον. καὶ γὰρ ἔοικε σύμψηφος γεγονέναι ὁ Ἡρῴδης τῷ τὸν Ἰησοῦν ἀποθανεῖν, τάχα κοινωνήσας αὐτῷ τῆς κατ' αὐτοῦ ἐπιβουλῆς καὶ τῆς γυναικός.

* Vide annot.

De Lunatico.

Περὶ τοῦ σεληνιαζομένου.

Matth. 17. 14, 15.

Et quum venissent ad turbam, accessit ad eum homo genibus provolutus ante eum, dicens; Domine miserere filio meo. Qui mala tolerant, eorumque propinqui, cum turbis

Καὶ ἐλθόντων αὐτῶν πρὸς τὸν ὄχλον, προσῆλθεν αὐτῷ ἄνθρωπος γονυπετῶν αὐτῷ, καὶ λέγων. κύριε ἐλέησόν μου τὸν υἱόν. οἱ πάσχοντες, ἢ οἱ τῷ παρὸν-

παρόντων οἰκεῖοι μὴ τῷ ὄχλῳ εἰσί. διόπερ ἐπεὶ τὸν
τρόπον τὸν ὁ ὄχλος ὁ Ἰησοῦς οἰκονομήσαντα, κα-
θαίρει τοὺς αὐτοὺς, ἵν' οἱ μὴ δυνάμενοι ἀνα-
βαίνειν διὰ τὰς κατεχούσας τὴν ψυχὴν νόσους
ὠφεληθῶσι, καταβαίνοντος τοὺς αὐτοὺς ἀπὸ τῶν
ὑψηλοτέρων τόπων. ἐξεταστέον ὑπὲρ τίνων
μορφωμάτων οἱ πάσχοντες πεύθωσι, καὶ ἀξίως
τῆς ἰδίας θεραπείας. ὑπὲρ τίνων δὲ καὶ αὐ-
τὸν ἕτερον ποιῶν, οἷόν γε ὁ ἑκατόνταρχος
καὶ παῖδος, καὶ ὁ βασιλικὸς καὶ υἱοῦ, καὶ ἡ χαναναία καὶ
δαιμονῶντος τέκνου θηλέος, καὶ νῦν ὁ γονυπετῶν
ἄνθρωπος καὶ υἱοῦ σεληνιαζομένου. τί-
νος δὲ σωζεξετάσεις πότε αὐτὸς ὁ σωτὴρ,
καὶ οὐδενὸς ἀξιωθεὶς ἰᾶται, ὡς τὸν παραλυ-
τικόν. αὗται γὰρ ὑπὸ συγκεῖσθαι ἀλ-
λήλαις αἱ θεραπεῖαι, καὶ σωζεταθεῖσαι
πολλὰ τῷ ἀκίνητον δυναμένῳ τῆς ἐν μυστηρίῳ
ἀποκεκρυμμένης σοφίας θεοῦ παραστῆσαι
δόγματα καί τε τὰ διαφόρων καὶ τὰς ψυ-
χὰς συμπτωμάτων, καὶ καὶ ὁ τρόπος τῆς θε-
ραπείας αὐτῶν. ἐπεὶ ὁ νῦν ὁ καὶ πολύτων, ἀλ-
λὰ ὁ κειμένῳ ῥητῷ κεῖσθαι ἐξετάζειν,
ἰδιωτροπολογοῦντες τίνα δυνάμεθα εἰπεῖν
τὸν σεληνιαζόμενον εἶναι, καὶ τὴν ἀξιοῦσθαι καὶ
αὐτὸ πατέρα αὐτὸ, καὶ τί τὸ πίπτειν τὸν πάσχοντα,
οὐκ ἀεί, ἀλλὰ πολλάκις, ὅτε μὲν εἰς πῦρ, ἐνίοτε
εἰς ὕδωρ, καὶ ἀπὸ μὴ δεδυνῆσθαι αὐτὸν ὑπὸ τῶν
μαθητῶν θεραπευθῆναι, ἀλλ' ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Ἰησοῦ.
καὶ ὁ λόγον, εἰπεῖν πᾶσα νόσον καὶ πᾶσα
μαλακίαν, ἃς ἐθεράπευσεν ὁ σωτὴρ ἡμῶν τότε
ἐν τῷ λαῷ, καὶ ἀφέσεται ὑπὸ τοῖς ἐν ψυχαῖς διά-
φορα συμπτώματα, ὡς τοὺς μὲν παρεῖναι τῇ
ψυχῇ, καὶ κειμένην αὐτῷ ἔχοντας ὑπὸ τοῦ σώ-
ματος, παραλελυμένην δηλοῦσθαι διὰ τῆς παραλυ-
τικῶν. τοὺς δὲ τυφλώττοντας καὶ τὰ τῇ ψυχῇ
μόνῃ θεατὰ δηλοῦσθαι διὰ τῶν τυφλῶν, καὶ εἶναι τυ-
φλούς. τοὺς δὲ κεκωφωμένους καὶ παραδοχὴν
σωτηρίου λόγου σημαίνεσθαι διὰ τῶν κωφῶν. ἀνάλο-
γον δὲ ἐκείνοις ἐξεταθῆναι δέησει τὰ καὶ τοὺς σε-
ληνιαζομένους. ἔστι δὲ τὸ πάθος τοῦτο οὐκ ἀλ-
λειμμάτων ἀξιολόγων ὑπαπτέμενον τοῖς πά-
σχουσιν, οὐ ὅς οὐδὲν διαφέρειν δοκεῖ ὑγιαίνοντος ὁ
πεπονθὼς αὐτὸς, πλὰ τὸν καιρὸν ὃν μὴ ἐνεργεῖν
αὐτοῖς ὑπολήψιν. τοιαῦτα δέ πινα διῄρεις καὶ
καὶ πινας ψυχὰς συμπτώματα, πολλάκις νο-
μιζομένας ὑγιαίνειν ἐν σωφροσύνῃ καὶ ταῖς ἄλλαις ἀρεταῖς, εἶτ' ἔπ' ὅτε ὑπῆρξεν ὑπο-
λήψεως πνὶ τῇ ὑπὸ τῶν παθῶν λαμβανομένας, καὶ καταπιπτούσας ὑπὸ τὸ ἐφικνεῖσθαι
δοκεῖν, καὶ πωμένας καὶ τοῖς ἀπάτῃσι τοῦ αἰῶνος τούτου, καὶ τὰς λοιπὰς ἐπιθυμίας.
τάχα οὖν οὐκ ἂν ἁμάρτοις λέγων τοὺς τοιούτους, ἵν' ἔτως εἴπω, πνευματικῶς σεληνιά-

A versantur: ideo ad illos descendit Jesus, postquam ea quæ supra turbas sunt administravit, ut qui propter morbos animam detinentes ascendere non possunt, postquam ad eos è superioribus locis Verbum descenderit, adjuventur. At quærendum est quorum morborum causa ii credant, & pro sanitate sua recuperanda orent, qui adversam valetudinem patiuntur; quorum autem causa pro his alii id faciant; Centurio verbi gratia pro famulo; pro filio, Regulus; pro filia, Archisynagogus: & Chananæa pro fœminea sua prole; & nunc *homo genibus provolutus ante eum*, pro Lunatico filio. Simul autem disquires ecquandonam Servator sponte, nec quoquam rogante aliquem, puta Paralyticum sanet; hæ enim curationes in unum collatæ inter se & comparatæ, ei qui reconditam in mysterio sapientiam intelligere valet, Dei circa varios animorum morbos, eorumque curandorum rationes decreta declarabunt. At quoniam non de omnibus, sed de præsenti tantum loco nunc nobis agendum est, videamus, quemnam esse Lunaticum, proque eo rogantem illius patrem tropologice dicere possumus; quid ægrotum non semper, sed sæpe cadere; quandoque in ignem, aliquando vero in aquam; quid item non à Discipulis, sed ab ipso solum Jesu potuisse sanari: nam si omnis morbus, & adversa valetudo, quæ tunc temporis in populo curavit Servator noster, ad varios animorum morbos referuntur, rationi consentaneum est per paralyticos, animo remissos, & jacentem in corpore, ac resolutum habentes animum designari; per cæcos item indicari, cæcosque revera esse, qui circa res soli animo manifestas cæcutiunt; qui vero ad salutaris sermonis susceptionem obsurduerunt, per surdos significari. Convenienter his, quæ ad Lunaticum pertinent examinanda erunt. Is autem affectus ægrotos per intervalla non exigua invadit, in quibus nihil à sano videtur differre qui eo laborat, quando hunc videlicet epilepsia non corripit. Talibus vero morbis laborantes animos invenias, qui sæpe in castitate, aliisque virtutibus recte valere creduntur; deinde quasi epilepsia quadam, ea nempe quæ ab animi perturbationibus oritur, corripiuntur, & ab eo statu decidunt, quo stare videbantur, & erga seculi hujus fallaciam, reliquasque cupiditates rapiuntur. Forsitan ergo minime aberraveris, si homines ejusmodi qui à *Spiritualibus nequitiæ in cœlestibus* deji- *Eph. 6.12.*

ciuntur, spiritu, ut ita dicam, lunaticos esse dicas, & persæpe male se habere, quo scilicet tempore animos illorum perturbationes & affectus invadunt, cadentes nonnunquam in ignem inflammationum, quando fiunt (juxta ea quæ in Osee habentur) *Adulterantes quasi clibanus succensus a flamma ad coctionem ambusti*; aliquando in aquam, quando rex omnium qui in aquis sunt draconum à respirationis libertate qua frui videbantur, eos in profundum fluctuum maris humanæ vitæ dejicit. Nobis autem ad eam quam super Lunatico protulimus expositionem proderit is qui in Sapientia de justi quidem æquabilitate & constantia ait: *Narratio pii semper est sapientia*; de iis autem quorum supra meminimus: *Stultus autem sicut Luna mutatur*. Ac in istis quidem ejusmodi impetus notare licet, qui ab his etiam à quibus levitas eorum & inconstantia animadversa non est, laudes extorquere possint; adeo ut plenilunium in iis esse, vel propemodum certe plenilunium pronuntient. Quod autem in iis lumen esse visum est, & lumen nocturnum est, non diurnum, rursus imminutum cernas, eo usque deficiens, dum quod videbatur lumen esse, in iis nullo modo conspiciatur. An autem propter tale quidpiam, epilepsiam Lunaticum morbum appellaverint nec ne, qui rebus nomina primum imposuerunt, ipse animadvertes. Pater autem Lunatici is est fortasse Angelus cui ille obtigit (si modo omnem humanam animam Angelo alicui subditam esse dicendum est) animorum medicum tanquam pro filio deprecans, ut eum sanet, cujus morbum Verbum inferius, quod in Discipulis est, curare non potuerat. Spiritum autem mutum & surdum à Verbo depulsum, cæcos in id quod boni speciem habet impetus esse tropologice dicendum est, ut quæ quis antea bona à spectantibus credita cæco impetu gerebat, ea non amplius sine ratione gerat, sed juxtà rationem doctrinæ Jesu. Inde Paulus ad dicendum concitatus est: *Si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam*; non unum enim tantummodo montem, sed illius instar plures transfert qui omnem fidem habet, quæ grano sinapis similis est; fides quippe ab hominibus nihil fit, & valde exiguum quidpiam ac vile videtur esse; at cum bonum nacta est solum, (animam videlicet) quod tale semen recte valeat excipere, in magnam arborem evadit, ut nullum quidem ex iis quæ alis carent, at alis spiritualiter instructæ cœli volucres in hujusmodi fidei ramis nidulari

Osee 7.4.

Eccl. 27.12

1. Cor. 13. 2

Matth. 17. 20

Matth. 13. 31.

A ζεσθ, καταβαλλομένους ὑπὸ τῶν ἐν τοῖς ἐπουρανίοις πνευματικῶν τῆς πονηρίας, καὶ κακῶς ἔχειν πολλάκις ὅταν τὸν καιρὸν τῶν παθῶν τῶν ψυχῶν αὐτῶν παθῶν. ποτὲ μὲν πίπτοντας εἰς τὸ πῦρ τῶν πυρώσεων, ὅτε γίνονται καὶ τὰ λεγόμενα ἐν τῷ ὠσηέ, οἱ μοιχεύοντες ὡς κλίβανος καιόμενος εἰς πέψιν κατακάυματος ἀπὸ τῆς φλογός. ποτὲ δὲ εἰς ὕδωρ, ὅτε ὁ βασιλεὺς πάντων ἐν τοῖς ὕδασι δεσπόντων κατα-
B βάλλει αὐτὸς ἀπὸ τῆς ἐλευθερίας δοκεῖν διαπνεῖν, ἀπὸ τοῦ εἰς βάθη κυμάτων τῆς θαλάσσης ἥκειν ἐν τῷ ἀνθρώπων βίῳ. συμβαλεῖται δὲ ἡμῖν τῇ τοιαύτῃ ὄψει ἐν σελήνιαζομένῳ διήγησις ὁ λέγων ἐν τῇ Σοφίᾳ ὄψει μὲν τῆς ἐν δικαίῳ ὁμιλούσης. διήγησις εὐσεβοῦς διὰ παντὸς σοφία. ὄψει δὲ τῶν ἀποδεδομένων. ὁ δὲ ἄφρων ὡς σελήνη ἀλλοιοῦται. ἔστι καὶ ἐν τοῖς τοιούτοις ἰδεῖν ὁρμὰς σεσαρπασμένας δυναμένας ὄψει ἐπιμονῆς μὴ ἐπισύτας αὐτῶν τῷ ἀνερματίστῳ, ὥστε
C εἰπεῖν αὐ οἱονεὶ πανσέληνον εἶναι ἐν αὐτοῖς, ἢ παρ' ὀλίγον πανσέληνον. ἴδοις δ' ἂν πάλιν μεμειωμένον τὸ δόξαν εἶναι ἐν αὐτοῖς φῶς, ἐν φῶς ἡμερινὸν τυγχάνον, ἀλλὰ καὶ φῶς νυκτερινόν, ἐπὶ τοσοῦτον λῆγον, ἕως μηδὲ δοκεῖν φῶς εἶναι ἐπιλειπόμενον ἐν αὐτοῖς γίνηται. οἱ δὲ ὀπτῶτοι θέμενοι τὰ ὀνόματα τοῖς πεγμασι διὰ τοιοῦτον πωνόμασαν τὸ τῆς ἐπιληψίας πάθος σεληνιασμόν, ἢ μὴ, καὶ αὐτὸς ἐπίσκεψαι. πάλιν δὲ ὁ σεληνιαζόμενος ταχὺ ὀλαχὼν αὐτὸν ἀγγέλῳ, εἴτε πᾶσιν λεκτέον ἀνθρώποις
D ψυχὴν ὑπὸ πνι τεταχθαι ἀγγέλῳ, ἀξιῶν ὡς ὄψει καὶ τὸν ἰατρὸν τῶν ψυχῶν, ἵνα αὐτὸν ῥύσηται, μὴ δυνηθέντα ὑπὸ τῶν ὑποδεεστέρων λόγῳ, ἢ ἐν τοῖς μαθηταῖς, θεραπευθῆναι ὑπὸ τῶν πάθους. πνεῦμα δὲ ἄλαλον καὶ κωφὸν τροπολογητέον τὰς ἀλόγους, καὶ ὡσεὶ τὸ δοκοῦν καλὸν ὁρμὰς, ὑπὸ τῶν λόγου ἐπιβαλλόμενον, ἵνα ἀτεμῶς ποιεῖ ἀλόγῳ φορᾷ νομιζόμενα ὑπὸ τῶν βλεπόντων καλὰ, μηκέτι μὲν πράττῃ ἀλόγως, καὶ
E δὲ τὸν λόγον τῆς τοῦ ἰησοῦ διδασκαλίας. ὁπτέτω καὶ ὁ παῦλος ὡρμημένος εἰπεῖν. ἐὰν ἔχω πίστιν πᾶσαν, ὥστε ὄρη μεθιστάνειν. ἐγὼ δὲ ἐν μόνον οἶδα, ἀλλὰ καὶ τὰ ἀνάλογον αὐτῷ πλείονα μεθίστησιν ὁ ἔχων πᾶσαν τὴν πίστιν, ἥτις ἐστὶν ὡς κόκκος σινάπεως. ἐπεὶ ἐξαθενεῖται μὲν ἡ πίστις ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων, καὶ βραχύτατόν τε καὶ οὐτελὲς εἶναι φαίνεται. τυχοῦσα δὲ γῆς ἀγαθῆς, τετέσι ψυχῆς, καὶ τοιοῦτον σπέρμα παραδεξαμένη καλῶς δυ-

ναμένης, γίνεται δένδρον μέγα, ὥστε ὀδὲν μὲν τῶν ἀπέρων, καὶ δὲ ἐπερωμένα πνευματικῶν πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ κατασκηνοῦν δυνάσθαι ἐν τοῖς κλάδοις τοῖς τοιαύτης πίστεως. ἠδύνατο δὲ ἂν

σαθῶμεν καὶ τῇ λέξει, καὶ ζητήσωμεν πρότερον πῶς σεληνιάζεται ὁ ὑπὸ πνεύματος πνεύματος ἀκαθάρτου, καὶ κωφοῦ, καὶ ἀλάλου σκοτόμενος, καὶ καταβαλλόμενος, καὶ διὰ τί παρώνυμον ἐστὶ τὸ σεληνιάζεσθαι ἀπὸ τῆς μεγάλης ἐν οὐρανῷ καὶ δευτέρας μετὰ τὸν ἥλιον φωσφόρου, ὃν ἔταξεν ὁ θεὸς εἰς ἀρχὰς τῆς νυκτός. ἰατροὶ μὲν οὖν φυσιολογείτωσαν, ὅτε μηδὲ ἀκάθαρτον πνεῦμα εἶναι νομίζοντες καὶ τὸν τόπον, ἀλλὰ σωματικὸν σύμπτωμα, καὶ φυσιολογοῦντες τὰ ὑγρὰ λεγέτωσαν κινεῖσθαι τὰ ἐν τῇ κεφαλῇ, κατά τινα συμπάθειαν τῷ πρὸς τὸ σεληνιακὸν φῶς, ὑγρὸν ἔχον φύσιν. ἡμεῖς δὲ οἱ τῷ εὐαγγελίῳ πιστεύοντες ὅτι τὸ νόσημα τοῦτο ἀπὸ πνεύματος ἀκαθάρτου, ἀλάλου, καὶ κωφοῦ ἐν τοῖς πάσχουσιν αὐτὸ θεωρεῖται ἐνεργούμενον, ὁρῶντες δὲ ὅτι καὶ οἱ εἰθισμένοι ἁπλῶς τοῖς ἐπαοιδοῖς τῆς αἰγυπτίων ἐπαγγέλεσθαι τῷ κύριον τὰς τοιαύτας θεραπείας, δοκεῖ ποτε ἐπιτυγχάνειν ἐν αὐτοῖς, φήσομεν ὅτι μήποτε, ὥσπερ ἐστὶ διαβάλλειν τὰ κτίσματα τοῦ θεοῦ, ἵνα ἡ ἀδικία εἰς τὸ ὕψος λαληθῇ, καὶ θῶνται εἰς οὐρανὸν τὸ στόμα αὐτῶν, τὸ ἀκάθαρτον τοῦτο πνεῦμα ἐπιτρέπει τινὰς σχηματισμοὺς τῆς σελήνης, καὶ ὅτως ἐνεργεῖ, ἵν' ἐκ τῆς τηρήσεως τοῦ κύριον τοιούσδε τῆς σελήνης σχηματισμοὺς πάσχειν τοὺς ἀνθρώπους, τῷ αἰτίῳ δόξῃ τηλικούτου κακοῦ, μὴ τὸ ἄλαλον καὶ κωφὸν λαμβάνειν δαιμόνιον, ἀλλὰ τὸν μεγάλως ἐν οὐρανῷ φωσφορώτερον ἀγρυπνοῦντα εἰς ἀρχὰς τῆς νυκτός, καὶ μηδεμίαν ἔχοντα ἀρχὴν τοιαύτης ἐν ἀνθρώποις νόσου. καὶ ἀδικίαν γε εἰς τὸ ὕψος λαλοῦσι πάντες ὅσοι τῷ τῶν ἀστέρων χρῆσθαι φασὶν εἶναι τῷ αἰτίαν πάντων τῷ ὑπὸ γῆς, εἴτε καθολικῶν, εἴτε καὶ τῶν καθ' ἕκαστον συμπτωμάτων. καὶ οἱ τοιοῦτοί γε ἀληθῶς ἔθεντο εἰς οὐρανὸν τὸ στόμα αὐτῶν, κακοποιοὺς τινας λέγοντες εἶναι τῶν ἀστέρων, καὶ ἄλλους ἀγαθοποιούς, ἀδένδρου ἀστρογνωμονοῦντος τοῦ θεοῦ τῶν ὅλων ἵνα κακοποιῇ, καθάπερ τὸν Ἱερεμίαν, ὡς ἐν θρήνοις γέγραπται. ἐκ στόματος γὰρ ὑψίστου οὐκ ἐξελεύσεται τὰ καλὰ καὶ τὸ ἀγαθόν. εἰκὸς δὲ ὅπως τοῦτο τὸ ἐνεργοῦν τὸν καλούμενον σεληνιασμὸν πνεῦμα ἀκάθαρτον ἐπιτρέπει τὰ τῆς σελήνης σχηματισμοὺς, ἵνα ἐνεργήσῃ εἰς τὸν διά τινας αἰτίας βλαδόμενον αὐτῷ, καὶ μὴ ποιήσαντα ἑαυτὸν ἄξιον φρενῶν ἀγγελικῆς, ὅτως καὶ ἄλλα πνεύματα, καὶ δαιμόνια πρός τινας σχηματισμοὺς τῶν ἄλλων ἀστέρων, ἵνα μὴ μόνον σελήνη, ἀλλὰ καὶ οἱ λοιποὶ λοιδορηθῶσιν ἀστέρες ὑπὸ τῆς ἀδικίας εἰς τὸ ὕψος λαλουμένων. ἔστι γοῦν ἀκοῦσαι τῶν ἡμερθλιαλόγων, τῷ αἰτίαν πάσης μανίας, καὶ πάντες δαιμονιασμοὺς ἀναφερόντων ἐπὶ τὰς τῆς σελήνης σχηματισμούς. ὅτι μὲν οὖν οἱ

possint. Jam vero & ad ipsa verba attendamus, ac quæramus primum qua ratione Lunaticus esse dicatur, cui à spiritu aliquo immundo, & surdo, & muto vertigo & tenebræ offunduntur, ab eoque affligitur, & quamobrem morbus ille à magna illa cœlesti, & à Sole altera lampade nomen traxit, quam constituit Deus, *Vt præesset nocti.* De rerum ergo natura disputent medici, quippe quibus persuasum sit spiritum impurum minime hic esse, sed morbum corporis duntaxat, ac disputantes dicant per quendam cum Lunari lumine, quod humida præditum est natura, consensum & convenientiam, humores in capite contentos moveri; nos autem qui morbum hunc in ægris à spiritu immundo, muto, & surdo genitum videri Evangelio credimus, & iis qui eo prope modo quo Ægyptii incantatores sanationem promittere more illorum soliti sunt, feliciter successisse credi inter ipsos videmus, ne ansam præbeamus Dei operibus ita calumniandis, ut *iniquitatem in excelso loquantur, & ponant in cœlum os suum*, dicemus spiritum hunc impurum certas Lunæ figuras observare, atque ita operari, ut cum observatum fuerit sub tali Lunæ figura affici homines, non mutus & surdus dæmon tanti mali causam habere videatur, sed magna illa cœlestis fax, quæ constituta est ut nocti præsit, neque ullum habet morbi hujus inter homines imperium. Ac ii quidem omnes *iniquitatem in excelso loquuntur*, quicunque astrorum constitutione morborum omnium, qui super terram grassantur, sive universalium, sive singularium causam contineri pronuntiant; & ii revera *posuerunt in cœlum os suum*, cum sidera alia malefica, alia benefica esse dicunt; cum nullum astrum à rerum omnium Deo ad id conditum sit, ut noceat, sicut à Jeremia in Threnis scriptum est: *Ex ore Altissimi egredientur honesta & bona.* Quemadmodum autem impurus ille spiritus morbum hunc efficiens qui Lunaticus appellatur, Lunæ figuras observat, ut eum vexet qui sibi certis de causis traditus est, nec dignum se præstitit qui Angeli custodiæ committeretur; ita & alios spiritus ac dæmones aliorum siderum figurationes observare verisimile est, ut non Luna duntaxat, sed & alia astra obtrectationibus & convitiis ab iis appetantur qui *iniquitatem in excelso loquuntur.* Genethliacos certe audire operæ pretium est, insaniæ omnis & furoris à Dæmone immissi causam ad Lunæ figuras referentes. Constat sane in aquam cadere eos aliquando qui hoc laborant morbo, quem Lunaticum appellant;

Gen. 1. 16.

Psal. 72. 8, 9.

Thr. 3. 38.

lant; cadere autem & illos in ignem, rarius A quidem, sed nonnunquam tamen manifestum est, & sanatu difficilem esse morbum hunc; adeo ut qui sanandorum Dæmoniacorum gratia pollent, aliquando curandi illius spem abjiciant; aliquando autem cum jejuniis & orationibus, plurimisque laboribus feliciter eum & ex voto sanent. Quæres autem, an quemadmodum homines, ita & spiritus ejusmodi morbis afficiantur, ut eorum nonnulli loquantur, quidam muti sint; nonnulli audiant, quidam surdi sint: ut enim reperitur in illis causa cur impuri sint; ita & perpetuo silentio & surditate damnati esse reperientur; ob liberum eorum arbitrium: quibusdam sedenim hominibus eadem infligetur pœna, siquidem Prophetæ precatio, quasi ad Spiritum Sanctum fusa, exaudiatur, in qua de nonnullis peccatoribus di-

Ps. 30. 19. ctum est: *Muta fiant labia dolosa.* Eodem fortasse modo & qui auribus abusi sunt, & vanis rumoribus autem præbuerunt, ab eo sur-

Exod. 4. 11. di fient, qui dixit: *Quis fabricatus est mutum & surdum?* ut non amplius vanis rumoribus aurem præbeant. Quandoquidem vero Ser-

Matth. 17. 17. vator dixit: *O generatio incredula & perversa*, introductam fuisse significat à perversitate nequitiam, quæ contra naturam est, & perversos nos effecit. Universum autem, opinor, genus humanum, quod supra terram est, propter ejus nequitiam pertæsus, & commorationem cum eo ægre ferens Ser-

Matth. 17. vator, dixit: *Quousque ero vobiscum?* Hæc 17. certe verba: *Si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis monti huic*, & cætera jam antea ex parte explicavimus; veruntamen & ea quoque dicentur in hunc locum, prout ad majorem perspicuitatem nobis conferre videntur. Montes hic appellari existimo contrarias & oppositas potestates, late diffusa & ingenti nequitia præditas, quæ quidem in nonnullis hominum animis quasi fundatæ & constitutæ sunt. Postquam ergo omnem quispiam fidem habuerit, ita ut nonnullis, quæ in sacris libris continentur, fidem non deroget, eaque tali polleat, qua-

Gen. 15. 6. lis erat Abrahami fides, qui Deo eò usq; credidit, ut reputata sit fides illius ad justitiam, omnem ille fidem habet sicut granum sinapis: deinde qui talis erit, dicet monti huic, (Spiritum mutum & surdum in eo qui Lunaticus esse dicitur, intellectũ volo) Transi illinc; ab homine videlicet male affecto in abyssum fortasse, & transibit. Inde arrepta ansa cum Apostolica autoritate dixisse opi-

1. Cor. 13. 2. nor Apostolum: *Etsi habuero omnem fidem, ita ut montes transferam*: nec unum sedenim duntaxat montem, sed & plures illius in-

ἐν καλέμῳον σαλπιασμὸν πάσχοντες ὁπότε εἰς τὸ ὕδωρ πίπτουσι, δῆλόν ἐστιν. ὅτι δὲ καὶ εἰς τὸ πῦρ, ἀσθενέστερον μὲν, πλὴν ἐν αὐτῷ συμβαῖνον ἐστι, καὶ ὅτι δυσίατόν ἐστι τὸ νόσημα δῆτο, ὡς καὶ τοὺς ἔχοντας χάριν θεραπεύειν δαιμονῶντας, ἄτε μὲν ἀπαιδαύτους ὄντας δῆτο, ὅτε ὑπὸ νηπίων, καὶ ἀσθενεστέρων, καὶ πλειόνων καιρῶν πάσχειν ζητήσεις δ' ἂν ὥσπερ ἐν τοῖς ἀνθρώποις, οὕτω καὶ ἐν τοῖς πνεύμασι τοιαῦτα συμπτώματα, ὡς τινα μὲν ἀπὼν λαλεῖν. τινὰ δὲ ἄλαλα εἶναι, καὶ τινα μὲν ἀκούειν. ἕτερα δὲ κεκωφῶσθαι ἀγρεῖσθαι γὰρ ὥσπερ ἐν αὐτοῖς ἡ αἰτία ἔστιν ἀκάθαρτα, οὕτως καὶ διὰ τὸ αὐτεξούσιον αὐτῶν κατασκευάζεσθαι αὐτὰ τὸ εἶναι ἄλαλα καὶ κωφά. καὶ γὰρ ἀνθρώπων τινὲς τῷ τοιούτῳ καταδίκῃ πέσονται, εἰ γε καὶ τῶν προφήτου βοῇ ὡς πνεύματι ἀγίῳ εἰρημένη ἐπακουσθήσεται, ἐν ᾗ λελεκται Ἵνα τινῶν ἁμαρτωλῶν. ἄλαλα γένηται τὰ χείλη τὰ δόλια. εὖτω δὲ ταχὺ καὶ οὐκ ἀκαίρως χρησάμενοι ταῖς ἀκοαῖς, καὶ οὐδὲ ἐξάμενοι ἀκοὴν μάταιαν, κωφωθήσονται τοῦ ἐπόντος. τίς ἐποίησε δύσκωφον, καὶ κωφόν; ἵνα μὴ πάντα δὲ ἔχωνται ἀκοὴν μάταιαν. ἐπεὶ δὲ εἶπεν ὁ σωτήρ. ὦ γενεὰ ἄπιστε, καὶ διεστραμμένη, ἐμφαίνει ὅτι ἐκ διαστροφῆς ἡ κακία παρεισελήλυθε, παρὰ φύσιν γενομένη, καὶ διαστροφὰς ἡμᾶς πεποιηκῶς. ὅλον δὲ δίμαν τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος διὰ τὴν κακίαν βαρέμενος καὶ τῶν μεθ' αὐτῶν διατελεῖν ὁ σωτὴρ εἶπε τό. ἕως πότε μεθ' ὑμῶν ἔσομαι; προέπομαι οὖν ὑπὸ μέρους εἰς τό. ἐὰν ἔχητε πίστιν ὡς κόκκον σινάπεως, ἐρεῖτε τῷ ὄρει τούτῳ, καὶ τὰ ἑξῆς. ἀδὲν οἶμαι καὶ τὸ φαινόμενον ἡμῖν τραχύτερον καὶ ταῦτα εἰς τὸν τόπον λελέξεται. ὄρη ἐν τούτοις δίμαι λέγεσθαι τὰς ἐν κακίᾳ κεχυμένης καὶ μεγαληγορημένας ἀντικειμένας δυνάμεις, αἳ πνες ὡσπερεὶ ἐρηρεισμέναι εἰσὶν ἔν πισιν ἀνθρώπων ψυχαῖς. ἐπεὶ οὖν ἔχητε τὴν πᾶσαν πίστιν, ὥστε μηκέτι τινῶν ἐν τοῖς ἱεροῖς γράμμασι κειμένων ἀπιστεῖν, ἐν τοιαύτην αὐτὴν ἔχη, οἵαν ἡν ἡ πίστις Ἀβραὰμ πεποίηται τῷ θεῷ ἐπὶ τοσοῦτον, ὡς λογισθῆναι τὴν πίστιν αὐτὸ εἰς δικαιοσύνην, ἔχειν τὴν πᾶσαν πίστιν ὡς κόκκον σινάπεως. εἰδὲ ὁ τοιοῦτος ἐρεῖ τῷ ὄρει τούτῳ. δείκνυμι δὲ τὸ ἄλαλον ἐν κωφὸν ἐν τῷ λεγομένῳ σαλπιάζειν πνεῦμα, μεμᾶθα ἔνθεν, δηλονότι ὑπὸ τοῦ πάσχοντος ἀνθρώπου ἐπὶ τὰ τὸ ἄλυσον, καὶ μεταβήσεται. ὁ δὲ ἀπόστολος ἐντεῦθεν, ὅμως,

τὴν ἀφορμὴν λαβὼν μὴ ἀποστολικῆς εἶπεν ἐξουσίας τό. ἐν ἐὰν ἔχω πᾶσαν τὴν πίστιν ὥστε ὄρη μεθιστάνειν ἐγὼ ἓν μόνον ὄρος, ἀλλὰ ἐν τὰ ἀνάλογον αὐτῷ πλείονα μεθίστησιν ὁ ἔχων πᾶσαν

πᾶσαν τὴν πίστιν, ἥ τίς ἐστιν ὡς κόκκος σινάπεως, καὶ οὐδέν γε τούτῳ τῷ ἐπὶ τοσοῦτον πιστεύοντι ἔσται ἀδύνατον. προσχῶμεν δὲ καὶ τῷ. τοῦτο τὸ γένος οὐκ ἐκπορεύεται εἰ μὴ ἐν προσευχῇ, καὶ νηστείᾳ, ἵν' εἴποτε δέοι περὶ θεραπείαν ἀσχολεῖσθαι ἡμᾶς τοιοῦτόν τι πεπονθότος τινὸς, μὴ ὁρκίζωμεν, μηδὲ ἐπερωτῶμεν, μηδὲ λαλῶμεν ὡς ἀκούοντι τῷ ἀκαθάρτῳ πνεύματι, ἀλλὰ σχολάζοντες προσευχῇ, καὶ νηστείᾳ ἐπιτύχωμεν προσευχόμενοι περὶ τοῦ πεπονθότος, καὶ τῇ ἑαυτῶν νηστείᾳ ἀπώσωμεν ἀπ' αὐτοῦ τὸ ἀκάθαρτον πνεῦμα. B στρεφομένων δὲ αὐτῶν εἰς τὴν γαλιλαίαν, εἶπεν αὐτοῖς ὁ ἰησοῦς. μέλλει ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδίδοσθαι εἰς χεῖρας ἀνθρώπων. καὶ δόξει γε ἐκείνοις ταῦτα ἰσοδυναμεῖν, ὅτι ἤρξατο δεικνύειν τοῖς μαθηταῖς, ὅτι δεῖ αὐτὸν εἰς ἱεροσόλυμα ἀπελθεῖν, καὶ πολλὰ παθεῖν ἀπὸ τῶν πρεσβυτέρων, καὶ ἀρχιερέων. τὸ δὲ οὐχ' οὕτως ἔχει, οὐ γὰρ ταυτόν ἐστι τὸ ὑποδείκνυσθαι τοῖς μαθηταῖς, ὅτι δεῖ αὐτὸν εἰς ἱεροσόλυμα ἀπελθεῖν, καὶ πολλὰ παθεῖν ἀπὸ τῶν πρεσβυτέρων, καὶ ἀρχιερέων, καὶ γραμματέων, καὶ μετὰ τὸ παθεῖν ἀποκτανθῆναι, C καὶ μετὰ τὸ ἀποκτανθῆναι τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἐγερθῆναι, τῷ λελέχθαι αὐτοῖς οὖσιν ἐν τῇ γαλιλαίᾳ, ὅπερ ἀνωτέρω οὐ μεμαθήκαμεν, ὡς ἄρα μέλλοι ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδίδοσθαι. τὸ γὰρ παραδίδοσθαι ἀνωτέρω μὲν οὐκ εἴρηται, νυνὶ δὲ καὶ ὅτι εἰς χεῖρας ἀνθρώπων. ἐφ' ἃ ζητήσωμεν ὑπὸ τίνος μέλλει παραδίδοσθαι εἰς χεῖρας ἀνθρώπων, ἢ τίνων. ἐκεῖ μὲν γὰρ ὑφ' ὧν πείσεται διδασκόμεθα, καὶ ἐν ᾧ τόπῳ πείσεται. ἐνταῦθα δὲ ἐπ' ἐνείνοις μανθάνομεν ὅτι τὸ πολλὰ παθεῖν D αὐτὸν ὑπὸ τῶν προειρημένων συμβαίνει, οὐκ ἐκείνων πρώτων αἰτίων γινομένων τοῦ πολλὰ αὐτὸν παθεῖν, ἀλλὰ τοῦ παραδιδόντος, ἢ τῶν παραδιδόντων αὐτὸν εἰς χεῖρας ἀνθρώπων. ὁ μὲν οὖν φήσει ὅτι τοῦτο διηγούμενος ὁ ἀπόστολός φησι περὶ τοῦ θεοῦ, ὅς γε τοῦ ἰδίου υἱοῦ οὐκ ἐφείσατο, ἀλλ' ὑπὲρ ἡμῶν πάντων παρέδωκεν αὐτόν. ἔδωκε δὲ καὶ ὁ υἱὸς ὑπὲρ ἡμῶν ἑαυτὸν εἰς θάνατον, ὥστε οὐ μόνον ὑπὸ τοῦ πατρὸς, ἀλλὰ καὶ ὑφ' ἑαυτοῦ παρεδόθη. ἕτερος δὲ οὐ μόνον ἐκεῖνο, E ἀλλὰ καὶ τὰ ἐκκείμενα ἐπὶ τὸ αὐτὸ συναγαγὼν, φήσει παραδεδόσθαι πρῶτον ὑπὸ τοῦ θεοῦ τὸν υἱὸν εἶτα πειραθησόμενον, εἶτα ἀγωνιούμενον, εἶτα ὑπὲρ ἀνθρώπων πεισόμενον, ἢ καὶ ὅλου τοῦ κόσμου, ἵνα αὐτοῦ ἄρῃ τὴν ἁμαρτίαν, τῷ ἄρχοντι τοῦ αἰῶνος τούτου, καὶ τοῖς ἄλλοις ἄρχουσιν αὐτοῦ, εἶτα ὑπὸ τούτων εἰς χεῖρας ἀνθρώπων αὐτὸν παραδίδοσθαι τῶν ἀποκτενούντων αὐτόν. παράδειγμα δὲ παραληφθήσεται τὰ τοῦ ἰώβ. ἰδοὺ πάντα ὅσα ἐστὶν αὐτῷ δίδωμι ἐν τῇ χειρίσου, ἀλλὰ αὐτοῦ μὴ ἅψῃ, εἶτα ὡσπερεὶ παραδοθέντος ὑπὸ

A star transfert, qui habet omnem fidem quæ grano sinapis similis est; nec quicquam supra vires illius erit qui tanta fide pollebit. Quin & ad illud animum advertamus: *Hoc genus non ejicitur, nisi per orationem & jejunium*, ut si in curando aliquo cum ejusmodi malo conflictante opera aliquando à nobis ponenda sit, non exorcismum adhibeamus, neque interrogemus, nec immundum spiritum quasi audientem alloquamur, sed orationi & jejunio vacantes, dum pro ægro preces fundimus, postulata assequamur, & nostro jejunio spiritum immundum ab eo depellamus. *Conversantibus autem illis in Galilæa, dixit illis Iesus: Filius hominis tradendus est in manus hominum.* Ac ea quidem his æquivalere videbuntur, *Cœpisse illum ostendere Discipulis suis, quia oporteret eum ire Ierosolymam, & multa pati à Senioribus & principibus Sacerdotum*: atqui res non ita se habet, nec enim idem est, *Ostendere Discipulis quia oporteret eum ire Ierosolymam, & multa pati à Senioribus, & principibus Sacerdotum, & Scribis, &*, postquam ea passus fuerit, *occidi, &*, postquam occisus fuerit, *tertia die resurgere*, ac dici illis in Galilæa versantibus (quod supra minime didicimus) futurum ut Filius hominis tradatur; supra enim traditum iri dictum est, nunc autem & *in manus hominum*. Super quibus disquiramus à quo, vel à quibus in manus hominum tradendus sit; illic enim docemur, quibus auctoribus & ubinam gentium passurus sit; hic autem discimus præterea multa per eos, quos supra diximus, passurum eum esse, cum non præcipua causa sint ii, cur multa patiatur, sed ille, vel illi qui eum tradunt in manus hominum. Dicet certe aliquis, Apostolum id exponentem de Deo dicere: *Qui etiam proprio Filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum*; quin etiam pro nobis se ipse morti tradidit Filius, ita ut non à Patre solum, sed & à seipso traditus sit. Alter vero non id solum, sed & ea quæ scripta sunt in unum colligens, à Deo Filium primo traditum fuisse dicet Principi sæculi hujus, & aliis illius principibus, qui postmodum tentaretur, tum causam diceret, deinde vero pro hominibus, vel etiam universo mundo pateretur, ut peccatum ipsius tolleret; postea autem ab his Principibus in manus hominum tradi à quibus morte plecteretur. Jobi autem historia in exemplum proferetur: *Ecce universa quæ habet, in manu tua sunt; tantum in eum non extendas manum tuam*: qui deinde à Diabolo principibus suis quasi traditus est,

Matth. 17. 21.

Matth. 17. 22.

Matth. 16. 21.

Rom. 8. 32.

Ioh. 11. 30.

Ioh. 1. 12.

nempe iis qui in captivitatem abducebant, equitibus, igni è cœlo cadenti, & vento vehementi, irruenti à regione deserti, & domum diruenti. Animadvertes autem, an quemadmodum iis qui abducebant in captivitatem, & equitibus bona Jobi tradidit, ita & potestati alicui sub *Principe potestatis aeris hujus, spiritus qui nunc operatur in filios diffidentiæ*, ut qui inde in oves Jobi cadebat ignis, ei de cœlo cadere videretur qui Jobo renuntiavit, *Ignem cecidisse è cœlo, & combussisse oves, & pastores consumsisse similiter*. Ad eundem vero modum investigabis, an *Repente ventus vehemens irruens à regione deserti, & concutiens quatuor angulos domus*, unus esset ex iis qui sunt sub Diabolis, cui tradidit Diabolus filiorum, filiarumque Jobi convivium, ut corruens domus opprimeret liberos justi, & morerentur. Primum ergo Pater Filium contrariis potestatibus tradat, quemadmodum Jobo contigit; hunc illæ deinde tradant in manus hominum, inter quos erat & Judas, *in quem post buccellam introivit Satanas*, qui majore cum autoritate ac imperio tradidit eum ac Judas. At cave ne Filii traditionem contrariis potestatibus à Patre factam conferens cum traditione Sospitatoris ab iis in manus hominum facta, æqualem esse traditionem existimes, quæ ab utrisque facta dicitur. Sic enim habeto traditum eum fuisse à Patre pro nobis omnibus, præ summo in homines amore; contrariæ vero potestates cum Servatorem tradebant in manus hominum, non eorum illud erat consilium, ut pro ullius hunc salute traderent; sed quoniam nullus eorum cognoscebat Dei sapientiam in mysterio reconditam, cum morte plectendum, quantum in se erat, tradebant, ut hostis illius mors in potestatem suam redactum eum occuparet; ad eundem modum quo qui in Adam moriuntur: qui autem eum morti dederunt homines, ad eorum arbitrium compositi qui Jesum volebant morti subjicere, id faciebant. Sed & hæc ad examen nobis necessario fuisse revocanda autumo, propterea quod traditus in manus hominum Jesus, non ab hominibus in hominum manus tradatur, sed à potestatibus quibus pro nobis omnibus Pater tradidit Filium, dum traderetur, & iis quibus traditus est subjiceretur, destruentem eum qui mortis habet imperium, nam *Per mortem destruxit eum qui habebat mortis imperium, id est Diabolum: Et liberavit eos qui timore mortis per totam vitam obnoxii erant servituti*. Imperium autem mortis obtine-

Job 1. 15, & seq.

Ephes. 2. 2.

Job. 1. 16.

Job. 1. 19.

Job. 13. 27.

1. Cor. 2. 7, 8

1. Cor. 15. 26

Hebr. 2. 14, 15.

A ἓ διαβόλῳ τοῖς ἀρχῆσιν ἀπὸ, τοῖς αἰχμαλωτεύσι, τοῖς ἱππεῦσι, τῷ καταβαίνοντι ὡς ἐξ οὐρανοῦ πυρὶ, τῷ ἐκ τῆς ἐρημίας ἐλθόντι μεγάλῳ πνεύματι, καὶ τῇ οἰκίᾳ καλάσαντι. Ἐπὶ τούτοις δὲ ἐὼβ τοῖς αἰχμαλωτεύσι τὰ ἀγαθὰ δέδωκε τὰ τοῦ ἰὼβ, καὶ τοῖς ἱππεῦσιν, ἔτως καὶ τῷ ἐνεργείᾳ τοῦ τὸν ἀέρχοντα τῆς ἐξουσίας τοῦ ἀέρος, τῷ πνεύματι τῷ ἐνεργοῦντι νῦν ἐν τοῖς υἱοῖς τ ἀπειθείας, ἵνα τὸ ἐκείθεν καταβαῖνον πῦρ ἐπὶ τὰ πρόβατα ἓ ἰὼβ, ἐξ οὐρανοῦ ὀφθῇ καταβαῖνον τῷ ἀπαγγέλλοντι τῷ ἰὼβ, ὅτι πῦρ ἔπεσεν ἐκ οὐρανοῦ, καὶ κατέκαυσε τὰ πρόβατα αὐτὸ, καὶ τοὺς ποιμένας κατέφαγεν ὁμοίως. πρὸς δὲ τούτοις ζητήσεις εἰ καὶ τὸ ἐξαίφνης μέγα πνεῦμα ἀπὸ τῆς ἐρήμου ἐλθὸν, καὶ ἀψάμενον τ τεσσάρων γωνιῶν τῆς οἰκίας, ἐπ τοῦ τ διαβόλων ἦν, ᾧ παρέδωκεν ὁ διάβολος τὸ τ υἱῶν καὶ τῶν θυγατέρων * ἓ ἰὼβ συμπόσιον, ἵνα συμπέσῃ ἡ οἰκία ἐπὶ τὰ παιδία ἓ δικαίᾳ, καὶ τελευτήσωσιν. ἔσω ὅτιν, ὡς ἐπὶ ἓ ἰὼβ, πεῖσον πρόδηλος ὁ πατὴρ τὸν υἱὸν τοῖς αὐτικειμένοις ἐνεργείαις, εἶτ' αὐτοὶ πρόδηλοι σωθῇ αὐτὸν εἰς χεῖρας ἀνθρώπων, ἐν οἷς ἀνθρώποις καὶ ἰούδας ἦν, εἰς ὃν μετὰ τὸ ψωμίον εἰσῆλθεν ὁ Σατανᾶς, ἀρχικώτερον ἓ ἰούδα πρόδηλος αὐτόν. ἀλλ' ὅρα μήποτε τὸ πρόδηλος τοῖς αὐτικειμένοις ἐνεργείαις τοῦ ἓ πατρὸς τὸν υἱὸν σωιεξεταζων τῷ πρόδηλος τοῦ ἐκείνων εἰς χεῖρας ἀνθρώπων τὸν σωτῆρα, νομίσῃς ἴσον εἶναι τὸ ἐπ' ἀμφοτέρων λεγόμενον πρόδηλος. καταίδου γὰρ ὅτι ὁ μὲν πατὴρ τοῦ ἐπὲρ ἡμῶν πάντων παρέδωκεν αὐτὸν ἀπὸ φιλανθρωπίας. αἱ δ' αὐτικειμέναι δυνάμεις πρόδοσαι τὸν σωτῆρα εἰς χεῖρας ἀνθρώπων οὐκ ἐσκόπουν τὸ τοῦ πάντων σωτηρίας πρόδηναι αὐτὸν, ἀλλὰ τὸ ὅσον ἐπ' αὐταῖς, ἐπεὶ ἐδεὶς αὐτῶν ἐγίνωσκε τὴν ἓ θεοῦ σοφίαν τὴν ἐν μυστηρίῳ ἀποκεκρυμμένην, παρεδίδοσαν αὐτὸν ἀποθανούμενον, ἵνα ὁ ἐχθρὸς ἀπὸ θάνατος τοῦ κρείττονα αὐτὸν λάβῃ, ὁμοίως B τοῖς ἐν τῷ ἀδὰμ ἀποθνήσκουσι. καὶ ἀποκτείναντες ἓ αὐτὸν ἄνθρωποι θελήματι τυπούμενοι τῆ βουλομένων τὸν ἰησοῦν τοῦ κρείττονα χρεὼν θανάτῳ, τοῦτο ἐποίουν. ὁρμᾶμαι δὲ ἀναγκαίως ἐξετάζειν καὶ ταῦτα, διὰ τὸ τὸν πρόδηλος εἰς χεῖρας ἀνθρώπων ἰησοῦ, μὴ τοῦ ἀνθρώπων εἰς χεῖρας ἀνθρώπων πρόδηλος, ἀλλὰ τοῦ δυνάμεων αἷς ὑπὲρ ἡμῶν πάντων παρέδωκεν ὁ πατὴρ τὸν υἱὸν, ἐν αἷς τῷ πρόδηλος, γίνεσθαι τοῦ τοῖς παρεδόθη, καταλύοντα τὸν τὸ κράτος ἔχοντα ἓ θανάτου, διὰ γὰρ ἓ θανάτου κατήργησε τὸν τὸ κράτος ἔχοντα ἓ θανάτου, τοῦτ' ἔστι τὸν διάβολον, καὶ ἀπολλαξε

C

D

E

λαξε τȣ́τȣς. ὅσοι φόβῳ θανάτȣ διὰ παντὸς τȣ̃
ζῆν ἔνοχοι ἦσαν δȣλείας. κράτος δὲ θανάτȣ
νομιστέον ἔχειν τὸν διάβολον, ȣ̓ τȣ̃ μέσȣ καὶ * δια-
φόρȣ, καθ' ὃν ἀποθνήσκȣσιν οἱ σύνθετοι ἐκ ψυ-
χῆς καὶ σώματος, χωριζομένης αὐτῶν τῆς
ψυχῆς ἀπὸ τȣ̃ σώματος, ἀλλὰ τȣ̃ ἐναντίȣ καὶ
ἐχθροῦ τȣ̃ εἰπόντος. ἐγώ εἰμι ἡ ζωὴ, καθ' ὃν
ψυχὴ ἡ ἁμαρτάνȣσα, αὕτη ἀποθανεῖται. ἐμ-
φαίνει δὲ ὅτι ȣ̓χ' ὁ θεὸς εἰς χεῖρας ἀνθρώπων πα-
ρέδωκεν αὐτὸν ὁ σωτὴρ λέγων. εἰ ἦν ἐκ τȣ̃ κόσ-
μȣ τȣ́τȣ ἡ βασιλεία ἡ ἐμὴ, οἱ ὑπηρέται ἂν οἱ
ἐμοὶ ἠγωνίζοντο, ἵνα μὴ παραδοθῶ τοῖς ἰȣδαί-
οις. παραδιδόμενος γὰρ ἰȣδαίοις, εἰς χεῖρας ἀν-
θρώπων παρεδόθη, ȣ̓χ' ὑπὸ τῶν ἰδίων ὑπηρετῶν,
ἀλλ' ὑπὸ τȣ̃ ἄρχοντος τȣ̃ αἰῶνος τȣ́τȣ, εἰ-
πόντος περὶ τῶν ἐν ἀοράτοις δυνάμεων, κατὰ
ἀνθρώπων ἱσταμένων βασιλειῶν. ταῦτά σοι
πάντα δώσω, ἐὰν πεσὼν προσκυνήσεις μοι.
διὸ καὶ περὶ ἐκείνων λελέχθαι νομιστέον τό. πα-
ρέστησαν οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς, καὶ οἱ ἄρχοντες συ-
νήχθησαν ἐπὶ τὸ αὐτὸ κατὰ τȣ̃ κυρίȣ, καὶ κατὰ τȣ̃
χριστοῦ αὐτȣ̃. κἀκεῖνοι μὲν οἱ βασιλεῖς, καὶ οἱ
ἄρχοντες παρέστησαν καὶ συνήχθησαν κατὰ τȣ̃
κυρίȣ, καὶ κατὰ τȣ̃ χριστοῦ αὐτȣ̃. ἡμεῖς δὲ ἐκ τȣ̃
παραδεδόσθαι αὐτὸν ὑπ' ἐκείνων εἰς χεῖρας ἀν-
θρώπων, καὶ ἀπεκτάνθαι ὠφεληθέντες φαμὲν
τό. διαῤῥήξωμεν τȣ̀ς δεσμȣ̀ς αὐτῶν, καὶ ἀπορ-
ῥίψωμεν ἀφ' ἡμῶν τὸν ζυγὸν αὐτῶν. ὅτε γὰρ
σύμμορφοι γινόμεθα τῷ θανάτῳ τȣ̃ χριστοῦ,
οὐκέτι ἐσμὲν ὑπὸ τȣ̀ς δεσμȣ̀ς τῶν, ὡς ἀποδεδώ-
καμεν, βασιλέων τῆς γῆς, ȣ̓δ' ὑπὸ τὸν ζύγον
τῶν κατὰ τȣ̃ κυρίȣ συναχθέντων ἀρχόντων τȣ̃ αἰῶ-
νος τȣ́τȣ. καὶ διὰ τȣ̃το ὁ πατὴρ τȣ̃ ἰδίȣ υἱοῦ οὐκ
ἐφείσατο, ἀλλ' ὑπὲρ ἡμῶν πάντων παρέδωκεν
αὐτὸν, ἵν' οἱ παραλαβόντες αὐτὸν, καὶ παραδόν-
τες αὐτὸν εἰς χεῖρας ἀνθρώπων, ὑπὸ τȣ̃ κατοι-
κήσαντος ἐν τοῖς ȣ̓ρανοῖς ἐγγελασθῶσι, καὶ ὑπὸ
τȣ̃ κυρίȣ ἐκμυκτηρισθῶσιν, εἰς κατάλυσιν τῆς
ἰδίας βασιλείας καὶ ἀρχῆς παρὰ προσδοκίαν
παραλαβόντες ἀπὸ τȣ̃ πατρὸς τὸν υἱὸν, ὅς τις τῇ
τρίτῃ ἡμέρᾳ ἠγέρθη, τῷ τὸν ἐχθρὸν αὐτȣ̃
θάνατον κατηργηκέναι, καὶ ἡμᾶς πεποιη-
κέναι συμμόρφȣς, ȣ̓ μόνον τȣ̃ θανάτȣ αὐ-
τȣ̃, ἀλλὰ καὶ τῆς ἀναστάσεως, δι' ὃν ἐν καινό-
τητι ζωῆς περιπατȣ̃μεν, οὐκέτι κατεζόμενοι ἐν χώρᾳ καὶ σκίᾳ θανάτȣ, διὰ τὸ
ἀνατεῖλαν ἐφ' ἡμᾶς φῶς τȣ̃ θεοῦ. εἰπόντος δὲ τȣ̃ σωτῆρος τό. μέλλει ὁ υἱὸς
τȣ̃ ἀνθρώπȣ παραδίδοσθαι εἰς χεῖρας ἀνθρώπων, καὶ ἀποκτενοῦσιν αὐτὸν, καὶ τῇ τρί-
τῃ ἡμέρᾳ ἀναστήσεται, σφόδρα ἐλυπήθησαν, τῷ μὲν παραδίδοσθαι μέλλειν αὐ-
τὸν εἰς χεῖρας ἀνθρώπων, καὶ τῷ ἀποκτίννυσθαι αὐτὸν, ὡς σκυθρωποῖς καὶ ἀ-
ξίοις λύπης ἐπιστήσαντες. μὴ προσχόντες δὲ τῷ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστήσεσθαι αὐ-

A re Diabolus existimandus est, non mediæ illius & indifferentis, qua moriuntur, qui ex animo & corpore concreti sunt, cum animus eorum à corpore separatur; sed contrariæ & inimicitias cum eo gerentis qui dixit: *Ego sum vita*; qua *Anima quæ peccaverit, ipsa morietur.* Se autem à Deo in manus hominum nequaquam fuisse traditum ostendit Servator dicens: *Si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei utique decertarent, ut non traderer Iudæis.* Cum enim Judæis traditus est, in manus hominum traditus est, non à suis ministris, sed à Principe sæculi hujus, qui dixit de potestatibus quæ in invisibilibus sunt, regnis videlicet quæ adversus homines consistunt: *Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraveris me.* Proinde & de illis dictum id esse credendum est: *Adstiterunt reges terræ, & principes convenerunt in unum adversus Dominum, & adversus Christum ejus.* Ac illi quidem reges & principes adstiterunt, & convenerunt adversus Dominum, & adversus Christum ejus; nos autem qui ex eo quod ab illis in manus hominum traditus fuerit & occisus, adjumentum & emolumentum cepimus, dicimus: *Dirumpamus vincula eorum, & projiciamus à nobis jugum ipsorum.* Cum enim morti Christi fimus conformes, non amplius regum terræ vinculis, ut diximus, constricti sumus, nec principum seculi hujus jugo subditi, qui adversus Dominum convenerunt; ac propterea *Pater proprio Filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum*, ut qui eum susceperunt, & in manus hominum tradiderunt, irrideantur ab eo qui in cœlis habitat, & à Domino subsannentur, utpote qui regni sui & principatus eversionem inscii & inopinantes moliti sunt, cum sibi à Patre traditum Filium susceperunt, qui quidem tertia die resurrexit, hostem suum mortem destruendo, & non solum mortis suæ, sed & resurrectionis conformes nos efficiendo; per quem *in novitate vitæ ambulamus*, non amplius sedentes in regione & umbra mortis, propter lumen Dei super nos exortum. Cum vero dixisset Servator: *Filius hominis tradendus est in manus hominum; Et occident eum, & tertia die resurget, contristati sunt vehementer*, ad id quidem attendentes, in manus hominum traditum eum & occisum iri, utpote rem gravem, & animi molestia ac ægritudine dignam; ad illud autem minime adverten-

Ioh. 11. 25. & 14. 6. Ezech. 18. 4, 18. Matth. 4. 9 Ps. 2. 2. Ps. 2. 3. Rom. 8. 32. Rom. 6. 4. Matt. 4. 16. Matt. 17. 23

tes, resurrecturum eum die tertia, cui nec longiore quidem tempore opus esset, ut *Per mortem destrueret eum qui habebat mortis imperium.*

Heb. 2.14.

De iis qui exigebant didrachma.

ἴσι ὅτι τὰ ἔθνη, βλέπωσι, καὶ οἱ βλέποντες,
οἱ ἰσραὴλ, ἐκεῖνοι τυφλοὶ γένων). πλὴν ἀλλὰ γὰρ
φῶτος ἀληθινῦ ἀνατείλαντος, καὶ δείκνυντος τὸν
λόγα αὐτῦ, κ φάσκοντος. ἰδοὺ ἀνὴρ ἀνατολὴ
ὄνομα αὐτῷ, ὃκ εἶδον τὸ φῶς, ἐπεὶ ἐτύφλωσεν
αὐτὲς ἡ κακία αὐτῶν, καὶ ὃκ ἔγνωσαν μυςήρια
θεῦ, καὶ πρᾶδόξον γεγῦν) τῷ λαῷ ἐκείνῳ, καὶ
τοῖς ἔθνεσι. λύχνον μὲν ἕκασον τῶν προφητῶν D
τυγχανόντα ἑώρα ὁ λαὸς, ἀνατείλαντα ὃν τὸν τῆς
δικαιοσύνης ἥλιον ὃκ ἔγνωσαν. διὸ καὶ εἰ ἵνα
ἐδόκει ἔχειν λύχνον, ἀφηρέθη ἀπ' αὐτῶν. λαὸς
ὁ τῶν ἐθνῶν ὁ καθήμενος ἐν σκότᾳ, εἶδε φῶς,
ἀλ' ὁποῖον ὁ ἰσραὴλ μικρόν. μικρὸν γὰρ φῶς
ἕκας ἦν τῶν προφητῶν, ἀλλὰ λαὸς ὁ καθή-
μενος ἐν σκότᾳ εἶδε φῶς μέγα, τὸν κύριον καὶ
σωτῆρα ἡμῶν ἰησῦν χεισόν. ἕτο μέγεθος φαί-
νεται διατείνοντος ἀπὸ πέρατος γῆς, εἰς τὸ πε- E
ρας αὐτῆς δύρωσι, καὶ διοικῦντος τὰς ἐκκλη-
σίας χεισῶς. ὅτε τὸ πνεῦμα ἀπὸ πεπλήρωκε
τὴν οἰκουμένην, πληρωθείσης τῆς λεγόσης προφητείας ἐν ταῖς ἐσχάταις ἡμέραις ἐμ-
φανὲς ἔσεσθαι τὸ ὄρος τῦ θεῦ. καὶ νῦν πορεύονται ἐπ' αὐτὸ πάντα τὰ ἔθνη, καὶ ἔστι τῦτο
χεισὸς ἰησῦς.

Alymis (sic autem quicunque terreno huic loco confidunt, appello) Jesus proditur; quique Dei cultores se profitentur, & quasi Sacerdotum Principes sunt Iudæi, quique sacras Scripturas explanare se gloriantur Scribæ, Iesum capitis damnant, cum maledictis eum ac conviciis proscindunt; & quotiescunque Iesum, ipsiusque doctrinam inter Gentes deridet, nunquam non illis eum tradunt; & quum ipsius præcepta execrantur, & abolere cupiunt, linguis suis cultum Deo per Iesum Christum exhibitum semper flagellant, ipsumque Christum cruci suffigunt: at his ille melior haud multo post resurgit, visumque assecutis vivens conspicitur; Nunc enim *quis cæcus*, ut ex Dei persona ait Isaias, *nisi servi mei; & qui surdi, nisi qui eorum dominantur?* Cum magno siquidem & Prophetico ingenio ac spiritu ait: *Surdi audite, & cæci intuemini ad videndum; Et qui cæcus nisi servi mei; & qui surdi, nisi qui eorum dominantur? & excæcati sunt servi Dei:* Iesus enim *in judicium in hunc mundum venit, ut qui non vident*, (ii autem sunt Gentes) *videant; & qui vident* (nimirum Israel) *cæci fiant.* Tanto igitur exorto vero lumine, ac illud ostendente Dei verbo, ac dicente: *Ecce vir oriens nomen ejus*; lumen tamen neutiquam viderunt, quoniam *Excæcavit illos malitia eorum, & nescierunt Sacramenta Dei*, & novum ac incredibile populo huic, & Gentibus accidit: videbat quidem populus unumquemque Prophetarum lucernam esse; exortum vero Solem ipsum justitiæ non agnoverunt; idcirco & si quam habere lucernam visi sunt, iis ablata est: at Gentium populus in tenebris sedens lumen vidit, non quale viderat Israel, exiguum scilicet; exiguum quippe lumen unusquisque Prophetarum erat, sed populus in tenebris sedens, lumen magnum, Dominum nempe, & Servatorem nostrum Iesum Christum vidit; cujus tum apparet magnitudo, quum *Attingit à fine* terræ, *usque ad finem fortiter, & disponit* Ecclesias *suaviter*, quando Spiritus ipsius replevit terram, completo tum vaticinio quod *in novissimis diebus manifestum futurum montem Dei* prænuntiat: & nunc eunt *ad eum omnes Gentes*; & is quidem est Iesus Christus.

Isaiæ 42, 19.
Isaiæ 42, 18, 19.
Joh. 9. 39.
Zach. 6. 12
Sap. 2. 21, 22.
Mal. 4, 2.
Sap 8. 1.
Isa 2. 2.

Περὶ τῶν υἱῶν ζεβεδαίᾳ.

Τότε προσῆλθεν αὐτῷ ἡ μήτηρ τῶν υἱῶν ζε-

De filiis Zebedæi.

Tunc accessit ad eum mater filiorum Zebe- Matth. 20.

dæi cum filiis suis, & reliqua, usque ad id: *Audientes autem decem indignati sunt de duobus fratribus.* Idem à Marco his verbis proditum est: *Et accedunt ad eum Iacobus & Iohannes filii Zebedæi, & dicunt ei*, & cætera, ad hæc usque: *Cœperunt indignari de Iacobo & Iohanne.* Hic aliquid minime aspernandum, & Evangelio Jesu Christi accommodum investigare operæ pretium est; quoniam rudioribus, & usquequaque simplicibus, & qui Dei, ipsiusque Scripturarum profunda perscrutari nesciunt, postulationis, & Jesu ad eam responsionis simplicitatem contextus ostendit; at qui quæstiones aliquantulum discutere sciunt, iis levis esse videtur, & parvi pretii, quæ hunc exsurgit sententia, & quam præsertim quum responso det Jesus, nihil ipsius ingenti animo congruum continet. Quemadmodum enim in mundi hujusce regno summum honoris locum videntur adepti qui Regi in regio habitu sedenti, vel negotia aliqua ad regium munus pertinentia administranti adsident; ita filiorum Zebedæi mater, prout juxta literam intelligitur, vel, quemadmodum scripsit Marcus, Jacobus & Johannes, à Servatore postulasse videntur, ut in ipsius regno constitutus unus à dextris ipsius, alter vero à sinistris sederet: & nihil certe mirum erat præ simplicitate & imperitia decrevisse mulierem hæc esse postulanda. Demus præterea duos Apostolos, utpote homines adhuc imperfectos, neque quicquam sublimius de regno Christi cogitantes, talia de iis qui Jesu assident, sibi finxisse; at quoniam Jesus ipse magnum quid esse concedens, à dextris, sinistrisve suis sedere, petitionis magnitudinem extollit, & dicit: *Nescitis quid petatis*, &: *Non est meum dare, sed quibus paratum est à Patre meo*, acutus Scripturæ auditor esse sibi videns aliquis, quidnam sibi velit, à dextris Jesu, vel à sinistris in ipsius regno sedere postulabit. Ac in eorum quidem gratiam qui hæc anxie nimis ac curiose à nobis disquiri putant, colligenda sunt quæ de Dei vel Christi sessione scripta extant; ut ex eorum ad id collectorum examine, & invicem comparatione, è prolato simpliciori exemplo sententiæ magnitudo eluceſcat. Quale illud est quod tertio Regum scriptum extat, dixisse Michæam: *Vidi Deum Israel sedentem super solium suum, & omnis exercitus cæli assistens ei à dextris & à sinistris*, & cætera: & in secundo Paralipomenon his fere consimilia dicit idem Mi-

Marc. 10. 45.

3. Reg. 22. 19.

Ἐδεδάγε μὴ τῷ υἱῶν αὐτῆς, καὶ τὰ ἑξῆς, ἕως ἧς. ἀκούσαντες ὃ οἱ δέκα, ἠγανάκτησαν περὶ τῶν δύο ἀδελφῶν. τὸ ὅμοιον αὖπως ἐν ὁ μάρκος ἀνέγραψε τετὸν τρόπον. καὶ προσπορεύονται αὐτῷ ἰάκωβος καὶ ἰωάννης οἱ υἱοὶ ζεβεδαίου, καὶ λέγουσιν αὐτῷ, καὶ τὰ ἑξῆς, ἕως ἧς. ἤρξαντο ἀγανακτεῖν περὶ ἰακώβου, καὶ ἰωάννου· ἄξιον οἶν τοῖς προκειμένοις ζητῆσαι ★ νῦν δὲ δυνατὸν ἡμῖν κατ' ἀλήθειαν διαγελῶ * πρέπον ἧν τῷ ἰησοῦ χριστῷ, ἐπεὶ τὸ ῥητὸν τοῖς μὲν ἁπλουστέροις, καὶ πάντῃ ἀκεραίοις, καὶ βαθὺ δοκεῖ τῆς γραφῆς αὐτὴ μὴ ὑπεραίροις ζητεῖν, ἐμφαίνει ἁπλότητα ἀξιώσεως, καὶ τοῦ πρὸς αὐτὴν ἧς ἰησοῦ ἀποκρίσεως· τοῖς ὃ κἂν ὑπὲρ τὸν δυναμένοις βασανίζειν προβλήματα ὁ αὐτόθεν ἐμφανόμενος νοῦς βραχύς ἐστι, καὶ αὐτελὴς, καὶ οὐδὲν ἔχων, μᾶλλον ὅτε ἰησοῦς ἀποκρίνεται, ἀερμόζον αὐτὴ τῇ μεγαλονοίᾳ· ὥσπερ γὰρ ἐπὶ κοσμικῆς βασιλείας ἐν προαγωγῇ δοκοῦσιν εἶναι οἱ συγκαθεζόμενοι τῷ βασιλεῖ ἐν τῇ βασιλικῇ ἑδρᾳ τινὲς καθεζόμενοι καὶ ὁτιποτοῦν τῶν τῆς βασιλικῆς πρασμάτων διέποντι, ἔτω δόξει τῷ λέξιν φαυλιζομένῃ ἡ μήτηρ τῶν υἱῶν ζεβεδαίου, ἡ, ὡς ὁ μάρκος ἀνέγραψεν, ἰακώβου καὶ ἰωάννης, αἰτῆσαι παρὰ τοῦ σωτῆρος τὸ καθεδῆναι, τὸν μὲν ἕτερον ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ ἐν τῇ βασιλείᾳ τυγχάνοντος, τὸν δὲ λοιπὸν ἐξ ἀριστερῶν. καὶ ἐδὲν μὲν ἦν παράδοξον γυναῖκα ἀπὸ ἀπλότητος καὶ ἰδιωτείας τοιαῦτα νομίζειν αἰτῆσαι. δεδόσθω ὅπως καὶ οἱ δύο ἀπόστολοι, ὡς ἄνθρωποι ἔτι ἀτελεῖς, καὶ μηδὲν νοοῦντες βαθύτερον περὶ τὸ βασιλείας χρῆσαι, τοιαῦτα ὑπελάμβανον περὶ τῶν συγκατοικούντων τῷ ἰησοῦ ἐπὰν ὦσι καὶ ὁ ἰησοῦς ὡς συγκαταθεμένου τῷ αἰτήματι εἶναι τὸ καθεδῆναί τινα ἐκ δεξιῶν ἢ ἐξ ἀριστερῶν αὐτοῦ, ἐπαίρητέον ἀξίωσιν, καὶ λέγη. οὐκ οἴδατε τί αἰτεῖσθε, καὶ. οὐκ ἔστιν ἐμὸν δοῦναι, ἀλλ' οἷς ἡτοίμασεν ὑπὸ τοῦ πατρός μου, ἵνητινας τις ἂν συνετὸς δοκῶν εἶναι ἀπρεπῆ τῆς γραφῆς, τί βούλεται τὸ καθεζέσθαι ἐκ δεξιῶν ἢ ἐξ ἀριστερῶν ἰησοῦ ἐν τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ. καὶ πρὸς τοὺς ὑπολαμβάνοντάς γε περιεργότερον ἡμᾶς ταῦτα ζητεῖν, συνακτέον ταῦτα καθίσεως ἀναγεγραμμένα θεῷ, ἢ τῷ χριστῷ, ἵνα τῇ βασιλείᾳ τῶν εἰς τοῦτο συναγομένων, καὶ καθεσθέντων αὐτῷ πρὸς ἄλληλα, ἀνατείλαι δυνηθῇ μέγεθος δόγματος ἀπλουστέρου καθαροῦ λήθειος

ὅτι ἐν μὲν τῇ τετάρτῃ βασιλειῶν γέγραπται, ὅτι εἶπε μιχαίας εἶδον θεὸν ἰσραὴλ καθήμενον ἐπὶ θρόνου αὐτοῦ, καὶ πᾶσα ἡ στρατιὰ τοῦ οὐρανοῦ εἱστήκει περὶ αὐτὸν ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ καὶ ἐξ ἀριστερῶν αὐτοῦ, καὶ τὰ ἑξῆς. ἐν δὲ τῇ δευτέρᾳ τῶν παραλειπομένων, ὁ αὐτὸς μιχαίας φησὶ παραπλη-

ραπλήσια τέτοις ἐν τῷ. ἀκέσατε λόγον κυρίε, εἶδον κύριον καθήμενον ἐπὶ θρόνε δόξης αὐτε, καὶ πᾶσα δυνάμις τε οὐρανοῦ εἱστήκει ἐκ δεξιῶν αὐτε, καὶ ἐξ ἀριστερῶν αὐτε, καὶ τὰ ἑξῆς. καὶ ἐν ἡταῖς δὲ γέγραπται. καὶ ἐγὼ εἶδον ἕως ὅτε ἐτέθησαν θρόνοι, καὶ παλαιὸς ἡμερῶν ἐκάθητο, ὃ τὰ ἑξῆς. ὡσαπλήσια τέτοις ἐστὶν ἐν Δυρεῖν. καὶ ἐν τῷ ἰεζεκιὴλ τῷ ἐν μέσῳ τῆς αἰχμαλωσίας αὐτε, ὅτε φησὶν. ὡσεὶ ὅρασιν λίθε σαπφείρε, ὁμοίωμα θρόνε ἐπ' αὐτε, καὶ ἐπὶ τε ὁμοιώματος τε θρόνε ὁμοίωμα ὡς εἶδος ἀνθρώπε ἄνωθεν. ἐν δὲ τῷ ψαλμῷ τό. εἶπεν ὁ κύριος τῷ κυρίῳ με, κάθου ἐκ δεξιῶν με, ἐμφανίει κάθισιν τε πατρὸς, καὶ ἄλλην δὲ σωτῆρος καθεζομένε ἐκ δεξιῶν αὐτε. καὶ πάλιν ἐν ἄλλῳ ψαλμῷ δυσὶ λόγοις ὁ προφήτης φησὶν. ὁ καθήμενος ἐπὶ τῶν χερουβὶμ, ἐμφάνηθι. καὶ πάλιν. ὁ θεὸς καθήμενος ἐπὶ θρόνε ἁγίε αὐτε. εἰ δὲ μὴ ἀπὸ τῆς διαγελίων προδείγμα βέλει λαβεῖν, ἀκέσατε ματθαίε ἀναγορεύοντος πάντες ὁ ἀπόστολος εἶπε τοῖς μαθηταῖς. ἀμὴν λέγω ὑμῖν ὅτι ὑμεῖς οἱ ἀκολουθήσαντές μοι, ἐν τῇ παλιγγενεσίᾳ ὅταν καθίσῃ ὁ υἱὸς τε ἀνθρώπε ἐπὶ θρόνε δόξης αὐτε, καὶ τὰ ἑξῆς. καὶ. ἀπ' ἄρτι ὄψεσθε τὸν υἱὸν τε ἀνθρώπε καθήμενον ἐκ δεξιῶν τῆς δυνάμεως. καὶ ὁ ματθαῖος ταῦτά φησιν. ὅταν ἔλθῃ ὁ υἱὸς τε ἀνθρώπε ἐν τῇ δόξῃ αὐτε, καὶ πάντες οἱ ἄγγελοι μετ' αὐτε, τότε καθίσει ἐπὶ θρόνε δόξης αὐτε, καὶ τὰ ἑξῆς. καὶ ἀπάρτι ὄψεσθε τὸν υἱὸν τε ἀνθρώπε καθήμενον ἐκ δεξιῶν τῆς δυνάμεως. καὶ ἰσοδυναμοῦσι αὐτοῖς καὶ ὁ μάρκος ἀνέγραψεν ἐν τῷ, καὶ ὄψεσθε τὸν υἱὸν τε ἀνθρώπε ἐκ δεξιῶν καθήμενον τῆς δυνάμεως, καὶ ἐρχόμενον μετὰ τῶν νεφελῶν τε οὐρανε. ὁ δὲ λουκᾶς τὸ ὅμοιον φησὶν ἐν τῷ. ἀπὸ γὰρ τε νῦν ἔσαι ὁ υἱὸς τε ἀνθρώπε καθήμενος ἐκ δεξιῶν τῆς δυνάμεως θεοῦ. ἐπὶ πλεῖον δὲ περὶ τέτων ἐστὶν εὑρεῖν, βελόμενον τὴν διήγησιν καὶ ἁπλουστέραν καὶ ταπεινοτέραν ἐνδοχὴν ἔχειν τῆς ἐν τῇ βασιλείᾳ καθίσεως τε χρισοῦ, καὶ τῶν ἐκ δεξιῶν ἢ ἐξ ἀριστερῶν αὐτε καθεδομένων ἐξασῆσαι μυστικωτέραν; ἵν' ἀλόγως δυνηθῇ τὸν τῶν θεῖα νοήματα ἀναβαίνειν ὅσων τε ὄντων ἐξετασθῆναι, καὶ διερευνᾶσθαι π ἄξιον τε ἀνακείνοντος πάντα πνευματικοῦ, καὶ τὸν ἀδενὸς ἀνακεινομένε, ἀνάλογον ταῖς τε παύλου περὶ πνευματικῶν φωνῶν τῶν * διαγελικῶν ἐρωτῶντος, ὡς δὲ παῦλος κατὰ τὸν πνευματικὸν ἐκλαεῶν νόμον τὰ περὶ τε μάννα, καὶ τῆς πέτρας, καὶ τε ἀπ'

A chæas his verbis: *Audite verbum Domini; Vidi Dominum sedentem in solio Majestatis suæ, & omnis exercitus cæli assistebat ei à dextris & à sinistris*, & cætera. In Isaia autem scriptum est: *Et factum est in anno, quo mortuus est rex Ozias, vidi Dominum sedentem super solium excelsum & elevatum*, & reliqua. Talia præterea in Daniele scripta sunt: *Aspiciebam donec throni positi sunt, & Antiquus dierum sedit*, & quæ sequuntur. His quoque affinia apud Ezechielem, sub initium Prophetiæ ipsius repetire est, cum ait: *Super firmamentum, quod erat imminens capiti eorum*, (Cherubim videlicet) *quasi aspectus lapidis Sapphiri, similitudo throni super ipsum, & super similitudinem throni similitudo quasi aspectus hominis desuper.* In Psalmo autem centesimo nono, hæc verbâ: *Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis*, sessionem Patris, & alteram Servatoris à dextris ipsius sedentis declarant: & rursum in alio Psalmo orans Propheta ait: *Qui sedes super Cherubim, manifestare*: & iterum: *Deus sedet super sedem sanctam suam.* Quod si ab Evangeliis quoque exemplum petivis, audi describentem Matthæum quomodo Discipulis suis dixerit Jesus: *Amen dico vobis, quod vos qui secuti estis me, in regeneratione cum sederit Filius hominis in sede majestatis suæ*, & cætera: & *Amodo videbitis Filium hominis sedentem à dextris virtutis.* Hæc quoque habet Matthæus: *Quum venerit Filius hominis in majestate sua, & omnes Angeli cum eo, tunc sedebit super sedem majestatis suæ*, & reliqua; atque item; *Amodo videbitis Filium hominis sedentem à dextris virtutis.* Par illud quoque est, quod his verbis Marcus conscripsit: *Videbitis Filium hominis sedentem à dextris virtutis, & venientem cum nubibus cæli.* Nec non Lucas simile quid profert hoc loco: *Ex hoc autem erit Filius hominis sedens à dextris virtutis Dei.* Sed quid attinet me plura ejusmodi colligere, dum rudem, & simpliciorem, ac humiliorem sessionis Christi in regno, eorumque qui à dextris ipsius vel à sinistris sedebunt, interpretationem, mysteriis refertam exhibere volo? ut qui ad divinas cogitationes mentem possunt attollere; aliquid cum ratione investigare, ac reperire queant, eo dignum *spirituali, qui judicat omnia, & ipse à nemine judicatur*, haud secus ac spiritualia Evangeliorum vocabula Paulus examinat ac discutit: quemadmodum enim quæ de Manna, & Petra, ex eaque profluente aqua scripta sunt; juxta spiritualem Legis sensum interpretans

2. Paral. 18. 18.
Isaiæ 6. 1.
Dan. 7. 9.
Ezech. 1. 26.
Psal. 109. 1.
Ps. 79. 2.
Ps. 46. 9.
Matth. 19. 28.
Matth. 28. 64.
Marc. 14. 62.
Luc. 22. 69.
1. Cor. 2. 15.

Fff 2 Paulus

Paulus ait: *Et omnes eandem escam spiritualem manducaverunt*: *Et omnes eundem potum spiritualem biberunt* (*bibebant autem de spirituali, consequente eos Petra, Petra autem erat Christus*; ita super Petram hanc stans spiritualis, obidque gratias Deo agens, & de se ipse dicens: *Statuit super petram pedes meos, & direxit gressus meos*; is inquam hanc Dei super spiritualem thronum sessionem, spiritualem esse dixerit; & sessionem Christi pariter, & Christum à dextris virtutis sedere spirituale esse dixerit; nihil enim de corporali sessione per illa significatur, quam id esse definierunt, clunibus sedi alicui incumbentibus inniti; nam quod hæc corporaliter nuncupata sint, ridiculum foret thronos esse quosdam (ex quanam materia, mihi non liquet) fabricatos existimare, sessionis Dei vel Christi capaces, eorumve qui à dextris, vel sinistris Christi sedent, quibus nimirum id Pater præparavit. Certe an cœli militiam arbitrari fas sit à dextris vel sinistris Dei corporaliter stare; vel sibi rursum fingere salutem adeptos; & laudem meritos à corporis regis nostri Jesu Christi dextris esse; at vituperio & reprehensione dignos, ac perituros, à corporeis similiter sinistris stare, haud satis scio. At vide, annon Christum recuperato suo imperio in regnum restitui, destructo quod in mortalibus hominum corporibus regnabat peccato, & omni in improbos imperium tenente principatu, & potestate, ac ditione, idem sit quod in majestatis suæ solio ipsum considere: omnia autem Deo dextra efficere, ita ut nihil ipsius ratione sinistrum sit, idem sit atque à dextris & à sinistris ipsius in regno Christi, qui Verbum est, sedere; quæ à dextris sessio iis continget qui à dextris virtutis erunt, ut iis exemplo sint, qui quod ad virtutis dextram erit instituentur: quos in pristinum statum Deus restituit, postquam opem iis contulit, & ut ad Christi sublimitatem propius accederent, disposuit; ut qui iis qui Christo appropinquant præcellet, sit à dextris, & velut ipsum contingat, & dextræ Verbi adhærescat: qui vero dignitate inferior erit ac meritis, prope sinistram ipsius sit. Ac vide, num à Christi dextris ea esse, animo fingere possis, quæ opificia Dei sub sensum cernendi non cadentia appellantur; à sinistris autem, quæ aspectabilia, & corporea sunt; in universa autem regnum tenet Christus. Iam nunc autem eorum qui ad ipsum propius accedunt, dextra aliqui, & quæ intellectu comprehenduntur, sortiti sunt; sinistra autem alii, & quæ sensilia sunt. Videndum autem, annon vera filiorum Zebedæi mater, quos Boanerges, hoc est tonitru filios; vel tonitrum

1. Cor. 10. 3, 4.

Ps. 39. 3.

A αὐτῆς ὕδατος, φησί. καὶ πάντες τὸ αὐτὸ βρῶμα πνευματικὸν ἔφαγον, καὶ πάντες τὸ αὐτὸ πόμα πνευματικὸν ἔπιον. ἔπινον γὰρ ἐκ πνευματικῆς ἀκολουθούσης πέτρας. ἡ δὲ πέτρα ἦν ὁ Χριστός. ἐπεὶ τοίνυν αὖ ὁ ἐπὶ τῇ πέτρᾳ ταύτην ἑστὼς πνευματικὸς, καὶ ἐπὶ τούτῳ δυσαρεστῶν τῷ θεῷ, καὶ λέγων καὶ πράττων ἃ ἐκεῖνος οὐ θέλει. ἔστησεν ἐπὶ πέτραν τοὺς πόδας μου, καὶ κατεύθυνε τὰ διαβήματά μου, ὅπου πνευματική ἐστιν ἡ κάθισις τοῦ ἐπὶ πνευματικῷ θρόνῳ. ὁ δὲ χριστὸς ὁμοίως, ὁ τὸν ἐκ δεξιῶν τοῦ B δυνάμεως καθεζόμενον τὸν χριστὸν, πνευματικόν ἐστιν. εὐδὲν γὰρ καὶ ταῦτα δηλοῦσι περὶ σωματικῆς καθίσεως, ἣν οἰόμενοι ἑδρασμόν εἶναι ἐπὶ τῷ ἰσχίῳ ἐδεδεχόμενον ἐπὶ πυθῷ ἑδρας. καὶ γελοῖον διὰ τὸ σωματικῶς ταῦτα ὀνομάζειν, νομίζειν θρόνους τινὰς εἶναι δεδημιουργημένους, οὐκ οἶδα ἐκ ποίας ὕλης, δεκτικὰς τῆς καθίσεως τοῦ θεοῦ, ἢ τοῦ χριστοῦ, ἢ τῶν καθεζομένων ἐκ δεξιῶν, ἢ ἐξ εὐωνύμων χριστῶν, οἷς ἡτοίμασε τοιοῦτον ὁ πατήρ. οὐκ οἶδα εἰ δυνατὸν ἐστι σωματικὸν C νομίζειν εἶναι τὸ ἐκ δεξιῶν καὶ εὐωνύμων τοῦ θεοῦ ἐσκευασμένον ὡς ἀρετὰς σωματικὰς, ἢ πάλιν οἴεσθαι τοὺς μὲν σωζομένους εἰς ἐπουρανίους εἶναι τοῖς σωματικοῖς εἶναι δεξιοὺς τοῦ βασιλέως ἡμῶν Ἰησοῦ χριστοῦ. τοὺς δὲ ψεκτοὺς καὶ ἀπολωλότας ἐν τοῖς ἀνάλογον τούτοις σωματικοῖς εὐωνύμοις. ἀλλὰ μήποτε τὸ μὲν ἀποκαταστῆναι ἐπὶ τὸν βασιλέαν ἀπολαβόντα τὸν ἑαυτοῦ λόγον χριστὸν, καταργηθείσης τῆς βασιλευούσης ἐν τοῖς D θνητοῖς σώμασι τοῦ ἀνθρώπων ἁμαρτίας, καὶ πάσης τῆς ἀρχούσης τοῦ πονηροῦ ἀρχῆς, καὶ ἐξουσίας, δυνάμεως, τοῦτ' ἐστὶ τὸ καθεζῆναι αὐτὸν ἐπὶ θρόνῳ δόξης αὐτοῦ. τὸ δὲ ἐκ δεξιᾶ ποιῆσαι πάντα τῷ θεῷ, ἵνα μηκέτι ᾖ σκάνδαλόν τι πρὸς αὐτὸν, τοῦτ' ἐστὶ τὸ ἑστάμενον ἐν τοῖς ἐκ δεξιῶν τῆς δυνάμεως ἑστομένοις, πρὸς παράδειγμα μέλλουσι βλέπειν τὸ ἐκ δεξιῶν τῆς δυνάμεως, καθεζόμενον ἐκ δεξιῶν καὶ ἐξ εὐωνύμων αὐτοῦ ἐν τῇ βασιλείᾳ χριστοῦ τοῦ λόγου. ὃς ἀποκαθίστων ὁ θεὸς συνεργήσας αὐτοῖς, ἑτοιμάσας τὸ ἐγγίζειν τῇ χριστοῦ ὑπηρεσίᾳ, ἵν' ὁ μὲν προηγούμενος τοῦ ἐγγίζοντος ᾖ ἐκ δεξιῶν, καὶ οἷονεὶ ἀπόλουσος αὐτοῦ, καὶ κολλώμενος τοῖς τοῦ λόγου δεξιοῖς. ὁ δὲ ὑποδεέστερος, ἐγγὺς τοῦ χριστοῦ αὐτοῦ. δεξιὰ γὰρ ὁρᾶται εὐεργεσίαν ποιοῦσα χριστοῦ, τὰ ὁρατὰ ὀνομαζόμενα πνευματικά. ἀριστερὰ δὲ, τὰ ὁρατὰ καὶ σωματικά. ἀλλὰ χριστὸς μὲν πάντων βασιλεύει. ἤδη δὲ τῶν ἐγγιζόντων αὐτῷ, οἱ μὲν κεκληρωνται τὰ δεξιὰ καὶ νοητὰ, οἱ δὲ τὰ ἀριστερὰ καὶ αἰσθητά. καὶ μήποτε ἡ ἀληθινὴ μήτηρ τῶν υἱῶν Ζεβεδαίου, ἃς ἐκάλεσε Βοανερ-

βοανεργὲς ὁ σωτὴρ, ὅ ἐστιν, υἱοὶ βροντῆς, ἢ βρον-
τὴ, μεγάλα κρίνασα περὶ τῶν υἱῶν αὐτῆς ἰακώ-
βου, καὶ ἰωάννου, καὶ γὰρ ἦσαν μεγάλοι, καὶ ὑπολα-
βοῦσα αὐτοὺς τὰ πρωτεῖα δύνασθαι ἔχειν παρὰ
πᾶσαν γεννητὴν φύσιν, ὡς χωρήσαντας τὴν
μεγαλοφωνίαν αὐτῆς, προσελθοῦσα ἠξίου τὸν
κύριον, ἵνα ἱδρύσῃ τὸν μὲν ἕτερον αὐτῶν ἐκ δεξι-
ῶν, τὸν δ' ἄλλον ἐξ εὐωνύμων ὁ δὲ σωτὴρ διε-
λέγχων καὶ τὴν τηλικαύτην μεγαλόφωνον μή-
τερα τοῦ ἰακώβου καὶ ἰωάννου, ὡς ἀγνοοῦσαν τίνες οἱ
ὑπερέχοντες, καὶ ὅτι ἡ τηλικαύτη δωρεὰ χάρις
ἐστὶ τοῦ ἐπὶ πᾶσι θεοῦ συμπνέοντος, καὶ συνεργοῦν-
τος, καὶ ἱδρύοντος ἐν τῇ τοιαύτῃ ὑπεροχῇ, οὓς οἶ-
δεν ἐπιτηδείους, εἶπε τό. οὐκ οἴδατε τί αἰτεῖσθε,
καί. τὸ καθίσαι ἐν δεξιῶν μου ἢ ἐξ εὐωνύμων,
οὐκ ἔστιν ἐμὸν δοῦναι, ἀλλ' οἷς ἡτοίμασται ὑπὸ
τοῦ πατρός μου. ἐπιστήσει δὲ ὁ δυνάμενος τίνα
μὲν ὑπὸ τοῦ σωτῆρος δίδοται, τίνα ὑπὸ τοῦ πα-
τρὸς, ὁρῶν ὅτι ἐστί τινα ἀοὺ δώῃ ἂν ὁ υἱὸς, ἀλλ' αὐ-
τὸς ὁ πατήρ. εἰ δὲ τοιοῦτόν τι παρίστησι καὶ τὰ εὐαγ-
γέλια, ὅπου μὲν εἰσάγοντα τὸν σωτῆρα εὐχό-
μενον περί τινων δυνάμεων, ἵνα αὐτῷ ὑπαρχ-
θῇ τὰ αἰτήματα ἀπὸ τοῦ πατρός. ὅπου δὲ χωρὶς
εὐχῆς ποιοῦντα, ὡς ἤδη ἔχοντα ἐκεῖνα περὶ ὧν
ἠξίωτο, τολμηρὸν μὲν ζητῆσαι, ὅμως δὲ ὁ δυνά-
μενος μετὰ εὐλαβείας καὶ ταῦτα ἐξεταζέτω.
παραστῆσαι δ' οἶμαι βουλόμενος τῇ μητρὶ τῶν
υἱῶν ζεβεδαίου, καὶ αὐτοῖς, ὅτι καὶ ἔλειπεν αὐτοῖς
πρὸς τὸ τελειῶσαι τὰ ἐν ἀνθρώποις ἐφικτὰ, οὐ τὰ
τυχόντα, ἀποκριθεὶς εἶπε μετὰ τό. οὐκ οἴδατε τί
αἰτεῖσθε, τό. δύνασθε πιεῖν τὸ ποτήριον, ὃ ἐγὼ
μέλλω πίνειν; ἢ ὡς ὁ μάρκος ἀνέγραψε. δύνα-
σθε τὸ ποτήριον πιεῖν, ὃ ἐγὼ πίνω, ἢ τὸ βάπτισμα
ὃ ἐγὼ βαπτίζομαι, βαπτισθῆναι; καὶ ἐν τούτοις τε
ζητήσει τις τί τὸ ποτήριον, καὶ τί τὸ βάπτισμα, ὡς
ἕτερα ἀλλήλων, καὶ δεόμενα οὐ τῆς τυχούσης δυνά-
μεως, τῆς τοῦ πιομένου, ἢ τοῦ βαπτισθησομένου, καὶ πιο-
μένου οὐκ ἄλλο ποτήριον ἢ ὃ ἔμελλε πίνειν ὁ ἰη-
σοῦς, βαπτισθησομένου τε παραπλησίως βάπτισ-
μα, ὃ αὐτὸς ἔμελλε βαπτίζεσθαι ὁ κύριος. οἱ
πολλοὶ μὲν οὖν τὰ ἀμφότερα ἄγουσιν εἰς τὴν
κατὰ τὸ μαρτύριον οἰκονομίαν, οὐ παρισταντες οὔτε
εἰ δύο ἐπινοίας ἔχει δηλουμένας διὰ τῶν δύο ὀνομά-
των ἐν τῇ ὑποστάσει τυγχανόντων, οὔτ' εἰ δύνατο
καὶ δύο δηλοῦσθαι ἐν τούτοις πράγματα ἡμεῖς δὲ οὐκ
ἀποδοκιμάζομεν μὲν καὶ ταύτην τὴν ἐκδο-
χὴν, ἐφίσταμεν δὲ εἰ δύναται καὶ ἄλλο τι δηλοῦν
παρὰ ταῦτα τὰ δύο ὀνόματα. καὶ ἐπεὶ πολύ ἐστι
τὸ νῦν ἀκριβῶς διαλαβεῖν περὶ αὐτῶν, ὀλίγα
εἰς τὸ σῆναι τὰ ἐμφαινόμενα ἡμῖν παραστήσομεν εἰς τὸν τόπον. καὶ εἰς μὲν τὸ δηλοῦσθαι

A Servator appellavit, magnam de filiis suis Jacobo & Johanne existimationem animo præcipiens (& magni quippe revera erant) & præ universa natura creata primas ferre posse autumans, utpote qui ipsius grandiloquentiam fuissent assecuti, ad Dominum accedens, ut à dextris alterum, alterum à sinistris constitueret, postulabat: Servator autem usque adeo grandiloquam Iacobi & Iohannis matrem redarguens, ut quæ præstantiores minime dignosceret, atque ejusmodi donum nesciret esse gratiam Dei qui supra omnia est, quique favorem suum & B auxilium confert, & in tali sublimitatis gradu eos collocat, quos ad id idoneos esse novit, id dixit: *Nescitis quid petitas*, &: *Sedere ad dextram meam & sinistram, non est meum dare, sed quibus paratum est à Patre meo.* Observabit vero qui poterit, quænam à Sospitatore, quæ item à Patre dentur, cum quædam non à Filio, verum ab ipso Patre dari videat. An autem ejusmodi quidpiam & ipsa doceant Evangelia, quum pro aliquibus consequendis virtutibus rogantem Servatorem quandoque repræsentant, ut postulata sua à Patre exoret; tum vero absque C precibus agentem, quasi jam in potestate sua habentem, quæ ab ipso petita sunt; audax quidem est perscrutari, attamen hæc quoque cum reverentia disquirat, cui facultas erit. Matri autem, opinor, filiorum Zebedæi, ipsisque adeo declarare volens nonnulla ipsis adhuc deesse, ut non ad mediocrem perfectionis gradum, sed ad summum, quem quidem homines assequi possint, pervenirent, post hæc verba: *Nescitis quid petatis*, id responsi adjecit: *Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum?* vel ita, D ut scripsit Marcus: *Potestis bibere calicem quem ego bibo; aut baptismo, quo ego baptizor, baptizari?* Atque hoc quidem loco quæsiverit aliquis, quid sit calix, quid baptisma, quasi diversa sint ab invicem, nec mediocrem virtutem requirant, eam scilicet qua pollebit qui bibiturus est, vel qui baptizandus est, & qui bibiturus est non alium calicem, quam quem bibiturus erat Jesus, quippe baptizandus est eodem fere baptismate, quo baptizandus erat Dominus. Plurimi sane ad martyrium utrumque referunt, haud satis significantes, an duobus E nominibus, quæ natura quidem unum sunt, exhibitas duas significationes contineat, & an duæ res illis exprimi possint. Nos quidem hanc interpretationem minime rejicimus, at utrum aliquid præter hæc duo vocabula significet, dispicimus. Et quoniam de iis nunc accurate disputare nimium est, paucula quædam in hunc locum proferemus, quo sententiæ nostræ robur accedat; ac ut

Matth. 20. 22, 23.

Matth. 20. 22.

Marc. 10. 38.

marty-

martyrium his significari probetur, non eo solum loco utetur aliquis: *Pater, si possibile est, transfer à me calicem hunc*, quasi ægre & non sine laboribus ac ærumnis ab eo ebibatur qui martyrii difficultates ac tormenta patitur; omnibus donec illum ebibat toleratis, quæ in martyrii periclitatione sibi inferuntur; verum & illo, qui in Psalmo centesimo decimo quinto extat: *Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam, & nomen Domini invocabo. Vota Domino reddam coram omni populo ejus; pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum ejus.* Nec amplius enim quicquam Deo pro omnibus ab eo collatis in nos beneficiis reddere possumus, quam calicem salutaris promto animo accipere, ad eumque exhauriendum nomen Domini invocare; quem dum bibit aliquis, vota sua omnia Domino reddit, coram omni populo ejus. Martyrium autem esse calicem hoc ipso palam fecit quod statim post calicem subjunxit: *Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum ejus.* Duas autem martyrium significationes comprehendit, quarum altera calix salutaris appellatur; alia autem, baptisma: & quatenus labores aliquis sustinet, calix est ab eo ebibitus qui illata sibi omnia perfert, dolores suscipit, ac veluti hausit, eosque nec repellit, neque rejicit, vel evomit: baptisma autem est, quatenus remissionem peccatorum adipiscitur, qui mala sustinet. Si enim peccatorum remissionem pollicetur baptisma, quemadmodum accepimus de baptismate in aqua & spiritu; remissionem autem peccatorum recipit itidem, qui martyrii baptisma perfert; martyrium sane recte baptisma dici potest: peccata autem ei remitti, qui martyrium patitur, inde liquet: *Omnis qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego illum coram Patre meo qui in cælis est.* Coram Patre vero suo qui in cœlis est, unumquemque confitetur Servator, qui se fuerit confessus, etiamsi ante confessionem cujuslibet peccati reus fuerit; nam si cujuslibet peccati reos non agnoscet, haud verum erit illud: *Omnis ergo qui confitebitur me*, & cætera. Non futurum autem existimo, ut cujusvis noxæ reum coram Patre suo qui in cœlis est Sospitator confiteatur; illius siquidem confessio, quum libere & audacter aliquem coram Patre confitetur & agnoscit, ejusmodi est, quasi ea coram Patre confessione dignus sit qui agnoscitur. Ne nos autem commoveat, quod apud Marcum Servator calicem bibit, & baptismate baptizatur; quum enim Johannes *Venit in omnem*

Marc. 14. 36.

Psal. 115. 13. 14. 15.

Matth. 10. 32.

Luc. 3. 3.

A ἐν τούτοις τὸ μαρτύριον, ἃ μόνῳ χρήσεται τῷ πατρὶ, εἰ δυνατὸν, παρενεγκεῖν τὸ ποτήριον ἀπ' ἐμοῦ, ὡς ἀπόνως πινόμενον τοῦ τὰ δυσὶ ἐχομένου τῶν ἐν τῷ μαρτυρίῳ ἀγώνων, ἕως πιεῖν τὸν ὑπομένοντα τὰ κατὰ τὸν ἐν τῷ μαρτυρίῳ πειρασμὸν πάντα τὰ προσαγόμενα αὐτῷ. ἀλλὰ καὶ τῷ ἐν εἰς ψαλμῷ εἰρημένῳ. πᾶσα ποδώσω τῷ κυρίῳ περὶ πάντων ὧν ἀνταπέδωκέ μοι; ποτήριον σωτηρίου λήψομαι καὶ τὸ ὄνομα κυρίου ἐπικαλέσομαι. τὰς εὐχάς μου τῷ κυρίῳ ἀποδώσω. ἐναντίον πάντος τοῦ λαοῦ αὐτοῦ. τίμιον ἐναντίον κυρίου ὁ θάνατος τῶν ὁσίων αὐτοῦ. ἐδήλωσεν γὰρ δυνάμενα πλεῖον ἀποδοῦναι τῷ κυρίῳ ἐφ' οἷς δυνηγετήθημεν, ἢ τὸ ποτήριον τῆς σωτηρίας πρόθυμως λαβεῖν, καὶ ἐπικαλέσασθαι τὸ κυρίου ὄνομα εἰς τὸ πιεῖν αὐτό. ἐν ᾧ ὑπομένῳ ἀποδιδοῦσι τὰς εὐχὰς αὐτῶν πάσας τῷ κυρίῳ ἐναντίον πάντος τοῦ λαοῦ αὐτοῦ. σαφῶς δὲ ἐδίδαξεν ἐν τούτοις ὅτι τὸ ποτήριόν ✶ ἐστιν ὁ ἐπαγαγὼν τοὺς κατὰ τὸ ποτήριον τὸ. τίμιον ἐναντίον κυρίου ὁ θάνατος τῶν ὁσίων αὐτοῦ. τῇ δὲ ἐπινοίᾳ τὸ μαρτύριον δύο ἐστὶν, ὧν τὸ μὲν καλεῖται ποτήριον σωτηρίου. τὸ δὲ λοιπὸν, βάπτισμα. καὶ καθὸ μὲν ὑπομένει τις τοὺς πόνους, ποτήριόν ἐστιν ὑπομένομενον ὑπὸ δὲ φέροντος πάντα τὰ προσαγόμενα εἰς ἑαυτὸν, ἀναλαμβάνοντος, καὶ πίνοντας τὰς ἀλγηδόνας, καὶ μὴ ἀποβαλλόμενα αὐτὰς, μηδὲ ἀποβάλλοντος, καὶ ἐμοῦντος. καθὸ δὲ ἄφεσιν λαμβάνει ἁμαρτημάτων ὁ ὑπομένας, βάπτισμά ἐστιν. εἰ γὰρ βάπτισμα ἄφεσιν ἁμαρτημάτων ἐπαγγέλλεται, καθὼς

B

C

D παρειλήφαμεν περὶ δὲ ἐν ὕδατι καὶ πυρὶ βαπτίσματος, ἄφεσιν δὲ λαμβάνει ἁμαρτημάτων καὶ ὁ τὸ μαρτυρίου ὑπομένας βάπτισμα, βάπτισμα τὸ μαρτύριον δίκαιος λέγοιτ' ἄν. ὅτι δὲ ἄφεσις ἁμαρτημάτων γίνεται τῷ τὸ μαρτύριον ὑπομένοντι, δῆλον ἐκ τοῦ πᾶς ὃς ἐὰν ὁμολογήσῃ ἐν ἐμοὶ ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ὁμολογήσω κἀγὼ ἐν αὐτῷ ἔμπροσθεν τοῦ πατρός μου τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. ὁμολογεῖ δὲ ἔμπροσθεν τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς πατρὸς ὁ σωτὴρ πάντα τὸν ὁμολογήσαντα, καὶ τυγχάνει τῆς ✶ ὁμολογίας ὁτιποτοῦν ἁμαρτών. εἰ γὰρ τὸς ὁτιποτοῦν ἁμαρτήσαντας ἐξ ὁμολογήσῃ, οὐκ ἔσται ἀληθὲς τὸ. πᾶς οὖν ὃς ὁμολογήσῃ ἐν ἐμοὶ, καὶ τὰ ἑξῆς. οὐκ οἶμαι δ' ὅτι ἔμπροσθεν δὲ ἐν οὐρανοῖς πατρὸς ὁμολογήσῃ ὁ σωτὴρ τὸν ὁποιοποτοῦν ἔνοχον ἁμαρτήματι,

E

παῤῥησιαζόμεθα γὰρ ἐνώπιον πατρός ἐστιν ἡ ὁμολογία ἣν τῷ ὁμολογοῦμεν, ὡς ἄξιος τοῦ ἐπὶ τοῦ πατρὸς ὁμολογίας. μὴ σαινέτω δὲ ἡμᾶς εἰ ὁ σωτὴρ φησὶ τῷ μέλλοντι καὶ τὸ ποτήριον πίνει, καὶ τὸ βάπτισμα βαπτίζεται, καὶ γὰρ ἡνίκα ὁ ἰωάννης ἦλθεν εἰς πα-

σὺν προῆλθεν ὁ Ἰορδάνης κηρύσσων βάπτισμα μετανοίας εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, ᾧ Ἰησοῦς προσγίνεται τοῖς τοῦ Ἰωάννου, ἵν' βαπτισθῇ ὑπ' αὐτοῦ, οἱονεὶ ἀπολουόμενος τὰ ἡμέτερα ἁμαρτήματα, ἵν' ἡμεῖς καὶ τῷ λουτρῷ αὐτοῦ καθαριζώμεθα. μᾶλλον δὲ ἐμφαίνῃ τὸν καθαιρόμενος ἡμᾶς ἐπὶ τῷ μαρτυρίῳ αὐτοῦ, καθὸ ἐβαπτίζετο ἀναλαβὼν ἡμῶν τὰς ἁμαρτίας, ἵνα αὐτὰς λύσῃ καὶ ἀφ' ἡμῶν, καὶ ἀφ' ἑαυτοῦ. διόπερ ὁ ἀπέθανε, τῇ ἁμαρτίᾳ ἡμῶν, ἐπεὶ αὐτὸς ἀπέθανε τῇ ἁμαρτίᾳ τῇ ἑαυτοῦ, ἀλλὰ τῇ ἡμετέρᾳ. εἶγε ἔχν λόγον τὸ τοιοῦτον δόξαι τισί, πεπώκασι ποτήριον, καὶ τὸ βάπτισμα ἐβαπτίσθησαν οἱ ὑὸὶ Ζεβεδαίου υἱοί, ἐπεὶπερ ἡρώδης μὲν ἀπέκτεινε Ἰάκωβον τὸν Ἰωάννου μαχαίρᾳ. ὁ δὲ ῥωμαίων βασιλεὺς, ὡς ἡ παράδοσις διδάσκει, κατεδίκασε τὸν Ἰωάννην μαρτυρῆσαι διὰ τὸν τῆς ἀληθείας λόγον εἰς πάτμον τὴν νῆσον. διδάσκει δὲ τὰ περὶ τῆς μαρτυρίας ἑαυτοῦ Ἰωάννης, μὴ λέγων πῶς αὐτὸν κατεδίκασε, φάσκων ἐν τῇ Ἀποκαλύψει ταῦτα. ἐγὼ Ἰωάννης ὁ ἀδελφὸς ὑμῶν, καὶ συγκοινωνὸς ἐν τῇ θλίψει, καὶ βασιλείᾳ, καὶ ὑπομονῇ ἐν Ἰησοῦ, ἐγενόμην ἐν τῇ νήσῳ τῇ καλουμένῃ Πάτμῳ, διὰ τὸν λόγον τοῦ θεοῦ, καὶ τὰ ἑξῆς. ὡς ἔοικε τὴν Ἀποκάλυψιν ἐν τῇ νήσῳ τεθεωρηκέναι. ὁ δὲ προσθεὶς μὴ τὴν ἀποδεδομένην διήγησιν εἰς τὸ ποτήριον, καὶ τὸ βάπτισμα, διαστρέφει. ὥσπερ ἐστὶ βρῶμα τοῦ σωτῆρος ὡς ἔλεγε. ἐμὸν βρῶμά ἐστιν, ἵνα ποιήσω τὰ θελήματα τοῦ πέμψαντός με, καὶ τελειώσω αὐτοῦ τὸ ἔργον, ἕως ἀναλογόν ἐστι ποτήριον ἐκείνῳ τῷ βρώματι, ὃ ἐθελημένῳ μὲν διορίσαι ἀπὸ τοῦ βρώματος, καὶ πραξάντι πραγματικῶς. ὅμως δὲ ὁ δυνάμενος πιεῖν ἀτρεμοῦντος μήποτε τὸ μὲν πρακτικόν ἐστι, τὸ βρῶμα. τὸ δὲ θεωρητικὸν, τὸ πόμα. καὶ γὰρ τὸν ἐσθίοντα ἄρτον, ἐν τῷ ποιεῖν τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντος αὐτὸν, καὶ τελειοῦν ἐκεῖνο τὸ ἔργον. τὸ δὲ πίνειν τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντος αὐτὸν, καὶ τελεῖσθαι παρὰ τὴν γνῶσιν. εἰ δὲ δύνασαι, ἢ μή, εἰς ταύτην τὴν διαφορὰν ἀναφέρεται τὸ. ἡ σάρξ μου ἀληθῶς ἐστι βρῶσις, καὶ τὸ αἷμά μου ἀληθῶς ἐστι πόσις, καὶ οὐ κρινεῖς. λέγοι γὰρ ἂν τις ὅτι ἀληθῶς μὲν βρῶσις, ἡ πρᾶξις. ἀληθῶς δὲ πόσις, ἡ θεωρία. καὶ ὁ τοῦτο φάσκων ἐρεῖ ὅτι διὰ τοῦτο πρῶτον δίδωσι τὸν ἄρτον εὐλογήσας καὶ κλάσας τοῖς μαθηταῖς, ἐπεὶ πρώτη ἐστὶν ἡ πρᾶξις. τὸ μὴ τοῦτο λαβὼν ποτήριον, εὐχαριστήσας ἔδωκεν αὐτοῖς λέγων. πίετε ἐξ αὐτοῦ πάντες, ἐπεὶ δεῖ τὰ τῆς πράξεως ῥυθμίσαντα, καὶ τὸ πρακτικὸν κατορθώσαντα, ἵνα ὁδεύειν διὰ τῶν πραγμάτων καὶ ὅτι θεωρίαν αὐτῶν, καὶ γὰρ κατὰ τὸν προφήτην λέγει τὸ. πορεύεσθε

A *regionem finitimam Iordanis, prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum*, ad Iohannem quoque accedit Iesus, ut ab ipso baptizetur; quasi peccata nostra ab eo eluerentur, ut nos per ipsius lavacrum emundaremur; quin potius ob ipsum martyrium emundari nos apparet, quo susceptis peccatis nostris baptizabatur, ut iis nos ac item se exsolveret. Idcirco, *Quod mortuus est, peccato nostro mortuus est*, quandoquidem non suo, sed nostro peccato mortuus est. Quod si illud rationi consentire videtur; calicem sanè ebiberunt, & baptismate bapB tizati sunt filii Zebedæi, quoniam Herodes Jacobum Johannis fratrem gladio interemit: Romanorum autem Imperator, quemadmodum perhibet Traditio, Iohannem veritatis verbum testimonio suo comprobantem in Patmon insulam relegavit. Quæ autem ad martyrium suum pertinent, à quo damnatus fuerit prætermittens, Iohannes ipse tradit in Apocalypsi, his verbis: *Ego Iohannes frater vester, & particeps intri* Apoc. 1. 9. *bulatione, & regno, & patientia in Iesu, fui in insula quæ appellatur Patmos propter verbum Dei*, & cætera; & in insula quidem divinitus C ipsi nuntiata videtur Apocalypsis. At qui ad traditam super calice & baptismate expositionem aliqua adjicit, sic ait; quemadmodum aliquis cibus Servatoris est, de quo ipse dicit: *Meus cibus est, ut faciam voluntatem ejus qui misit me, & perficiam opus ejus*, Ioh. 4. 34. ita cibo huic calix respondet, quem à cibo distinguere, & perite ac solerter explicare audax quidem est; nihilominus animadvertat cui facultas erit, annon cibus id quod actuosum & in agendo positum est; potus autem id quod pertinet ad contemplationem, D designet: nam qui dum voluntati ejus morem gerit à quo missus est, opus ipsius absolvit, edenti respondet; bibenti vero, qui voluntati ejus obtemperans à quo missus est, cognitionem ipsius perficit & consummat. An autem ad hoc discrimen referri queat illud, nec ne: *Caro mea vere est cibus, & san-* Ioh. 6. 55. *guis meus vere est potus*, ipse per te dijudicabis; cibum enim actionem revera esse, potum autem contemplationem dixerit quispiam; quod qui pronuntiaverit, propterea priore hunc loco panem à se benedictum & fractum Discipulis dedisse inquiet, quod E prior sit actio; sumto vero postmodum calice actis gratiis dedisse ipsis dicentem: *Bibite* Matth. 26. *ex hoc omnes*; compositis siquidem actioni 27. bus, & recte constituta rerum gerendarum facultate, per eas ad ipsarum contemplationem eundum est: id enim ait Propheta: *Se-*

Os. 10. 12. *minate vobis in justitiam, vindemiate in fructum vitæ*; ut quæ agenda sunt, primum faciamus: deinde vero subnectit: *Illuminate vobis lumen scientiæ*; postquam enim mores suos expurgavit aliquis, ad scientiam recta proficiscitur, ab eaque lumen mutuatur. Atque hæc quidem extra propositum, propter profundius calicis examen, dicta sunt. Ac in vigesimo secundo Psalmo, primum quidem illud dictum est: *Parasti in conspectu meo mensam, adversus eos qui tribulant me:* Ps. 22. 5. deinde vero illud: *Calix tuus inebrians me quam præclarus est.* Nec vero qui leget hæc, sistere nos ac morari in animum inducat, quod quæ ad commemoratas superius Dei vel Christi sessiones pertinent, aliquatenus exponenda essent; ad id autem respondemus hoc nobis duntaxat fuisse propositum, ut quæ de sessione jactantur, ex Scripturis refelleremus, & ab humiliori interpretatione Lectorem absterreremus; alias enim de sessione, & statione, & ambulatione Dei vel Christi potissimum erat disputandum, quod præsens interpretatio neutiquam desiderabat; longius enim, & intempestive ab instituto divertissemus. Cæterum hoc à Sospitatore ad Johannis & Jacobi matris, vel ipsorum Zebedæi filiorum postulationem responso dato, *Audientes*, inquit, *decem indignati sunt de duobus fratribus*, ut qui cæteris anteferri postulassent. Nota vero inter indignantes illos fuisse Iudam. Et illud quoque Marcus scriptum reliquit. Quod si cum novem aliis inter indignantes erat, vi- Ioh. 13. 2. de an nondum Diabolus miserat in cor ejus, ut ipsum Dominum nostrum proderet, sed voluntate etiamnum ac consilio unus erat ex Apostolis Iudas. Verum cum multa superius de eo dixerimus, id iterum probandum non sumimus, quod cum eadem Iudæ esset quæ reliquis voluntas ac propositum, lapsus est, & ex insano pecuniarum amore, & Servatoris proditione in Mali laqueum incidit. Matth. 20 25. & seq. *Iesus autem vocavit eos ad se, & ait: Scitis quia principes Gentium dominentur eorum*, & reliqua, usque ad id: *Et dare animam suam redemtionem pro multis*. Paria his quoq; à Marco scripta sunt. Quemadmodum autem in multis aliis, ita & hoc loco eundem sive sanationum, sive sermonum scriptis traditorum ordinem servasse Matthæum & Marcum observavimus; nam quæ his subnexa sunt: Matth. 20. 17. & seq. *Cum autem ascensurus esset Iesus Ierosolymam, assumsit duodecim Discipulos secreto*, usque ad id: *Et confestim dimittet eos*, hæc omnia eodem ordine servavit Marcus ab Marc. 10. 3 & seq. hoc loco: *Erant autem in via ascendentes*

A ἑαυτοῖς εἰς δικαιοσύνην, τρυγήσατε εἰς καρπὸν
ζωῆς, ἵνα πρῶτον ποιήσωμεν τὸ θέον. καὶ μὴ
ἔτι φησί. φωτίσατε ἑαυτοῖς φῶς γνώσεως. οὐδὲ
γάρ τις μὴ τὰ ἤδη καθαρὰν ὁδὸν ἐπὶ
τὸν γνῶσιν, καὶ φωτίζοιτο ἐν αὐτῇ. καὶ ταῦτα
ὑπερεκβατικῶς λέλεκται, διὰ τὸν περὶ τοῦ ποτη-
ρίου βαθυτέραν ἐξέτασιν. καὶ ἐν εἰκοστῷ δευ-
τέρῳ ψαλμῷ λέλεκται πρῶτον μὲν τὸ. ἡτοί-
μασας ἐνώπιόν μου τράπεζαν, ἐξ ἐναντίας τῶν
θλιβόντων με. ἐξῆς δὲ καὶ τὸ. ποτήριόν σου με-
θύσκον με ὡσεὶ κράτιστον. μὴ ὑπολαμβάνετω
B δέ τις ἡμᾶς ὁ ἐντυγχάνων τῇδε τῇ γραφῇ κα-
τεῖν, ὅπερ ἐχρῆν πῶς διηγήσασθαι τὰ περὶ τῆς ἀνα-
γεγραμμένων καθίσεων τοῦ θεοῦ ἢ χριστοῦ.
ὁμολογέμενα γὰρ ὅτι δυσωπῆσαι μόνον ὑπὸ τῆς
ῥητῆς προκειμένου τὰ περὶ καθίσεως, καὶ ὑποπτῆσαι
τὸν ἐντυγχάνοντα ὑπὸ τῆς ταπεινοτέρας ἐπιλο-
χῆς. ἄλλῳ γὰρ καιρῷ ἐχρῆν προτεθεμένην τινὰ
σκέψιν ποιήσασθαι περὶ καθίσεως, καὶ στάσεως,
καὶ περιπατητοῦ θεοῦ, ἢ τοῦ χριστοῦ, ὅπερ οὐκ ἀπωθεῖ
C ἡ παροῦσα διήγησις. μείζων γὰρ αὐτῶν καὶ ἀκαιρό-
τερον ἐγένετο ἡ παρεκβασις. πλὴν τούτων λεχθέντων
ὑπὸ τοῦ σωτῆρος περὶ τῶν ἀξίωσιν τῆς μητρὸς
Ἰωάννου, καὶ Ἰακώβου, ἢ αὐτῶν τῶν υἱῶν Ζεβεδαίου,
ἀκέσαντες, φησὶν, οἱ δέκα ἠγανάκτησαν περὶ
τῶν δύο ἀδελφῶν, ὡς ἀξιωσάντων πρωτομηνί-
ας τῶν λοιπῶν. προσέτηρεισε δέ τις ὅτι καὶ Ἰούδας ἐν τοῖς
ἀγανακτοῦσιν ἦν. καὶ ἀνέγραψε τοῦτο καὶ ὁ
Μάρκος. εἰ γὰρ ἐν τοῖς ἀγανακτοῦσιν ἦν μὴ τῶν λοι-
D πῶν ἐνέα, μήποτε ἔτι ἐδέπω βεβλῆκει ὁ διά-
βολος εἰς τὴν καρδίαν αὐτοῦ, ἵνα αὐτὸν τὸν κύ-
ριον ἡμῶν προδῷ, ἀλλ' ἔτι ἦν τῆς προαιρέσεως
τῶν ἀποστόλων ὁ Ἰούδας ἦν. πολλὰ δὲ περὶ αὐτοῦ
τοῖς προτέτασιν εἰπόντες, νῦν οὐκ ἐπαναλα-
βάνομεν περὶ τοῦ κατασκευάσαι ὅτι Ἰούδας πρ-
αιρέσεως ὢν οἵας καὶ οἱ λοιποὶ, πέπωκε ἐκ-
πεσεν εἰς τὴν παγίδα τοῦ πονηροῦ, καὶ φιλαργυ-
ρήσας, καὶ προδοὺς τὸν σωτῆρα. ὁ δὲ Ἰησοῦς προ-
καλεσάμενος αὐτοὺς, εἶπεν, οἴδατε ὅτι οἱ ἄρ-
E χοντες τῶν ἐθνῶν κατακυριεύουσιν αὐτῶν, καὶ ἐξου-
σιάζουσιν αὐτῶν. οὐκ ἔσται δὲ οὕτως ἐν ὑμῖν. ἀλλ' ὃς ἐὰν θέλῃ ἐν ὑμῖν
γενέσθαι μέγας, ἔστω ὑμῶν διάκονος. καὶ ὃς ἐὰν θέλῃ ἐν ὑμῖν εἶναι
πρῶτος, ἔσται ὑμῶν δοῦλος. ὡς ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου οὐκ ἦλθε διακονη-
θῆναι, ἀλλὰ διακονῆσαι, καὶ δοῦναι τὴν ψυχὴν αὐτοῦ λύτρον ἀντὶ
πολλῶν. τούτοις τοῖς ἰσοδυναμοῦσι καὶ ὁ μάρ-
κος ἀνέγραψε. ἐτηρήσαμεν δὲ, ὥσπερ ἐπ' ἄλ-
λων πλειόνων, καὶ τὴν τάξιν τῶν ἀναγεγραμμένων
τηρεῖν τὸν ματθαῖον καὶ μάρκον, εἴτε θεραπ-
ειῶν, εἴτε λόγων, ἕως τοῦ ἐνταῦθα. ἐξῆς γὰρ τού-
τοις ὁ. μέλλων δὲ ὁ ἰησοῦς ἀναβαίνειν εἰς ἱερο-
σόλυμα, καὶ παρέλαβε τοὺς ιβ'. καὶ ἰδίαν, με-

χρι ὁ. εὐθέως ὁ ἀποστελεῖ αὐτούς, πάντα τῇ τάξει τετήρηκε καὶ ὁ μάρκος ἀπὸ ὁ. ἦσαν γὰρ
τῇ ὁδῷ ἀναβαίνοντες εἰς ἱερσόλυμα, μέχρι ὁ. εὐθέως αὐτὸν ἀποστελεῖ πάλιν ὧδε. οὐδὲ τῶν-

πρὸς τὴν διαλέλια ἀλλήλοις καὶ τὸν τόπον A *Hierosolymam*, usque ad illum: *Continuo illum rursus mittet huc.* At tu Evangelia hic
τοῦτον, καὶ συγκείνων αὐτὸς, εὑρήσεις τὸ λεγό- invicem opponens, eaque loca simul con-
μενον. καὶ ὁ Λουκᾶς μέντοι ἐκ μέρους τὸ ὅμοιον tendens, rem ita se habere, uti dicimus,
διήγημα, προσθέσεις αὐτῷ τι. ἐγένετο δὲ φι- comperies. Simile autem ex parte est, quod
λονεικία αὐτοῖς, τὸ, τίς αὐτῶν ἢ μείζων. ἐν τούτοις scripsit Lucas his præmissis: *Facta est autem* Luc. 22. 24
δὲ ἐπήνεγκεν. ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς. οἱ βασιλεῖς τῶν *contentio inter eos, quis eorum esset major*; iis 25.
ἐθνῶν κυριεύουσιν αὐτῶν, καὶ οἱ ἐξουσιάζοντες αὐ- sedenim subjungit: *Dixit autem eis; Reges*
τῶν, εὐεργέται καλοῦνται. ὑμεῖς δὲ οὐχ οὕτως, *Gentium dominantur eorum, & qui potestatem*
ἀλλὰ ἐξῆς. ταῦτα μὲν οὖν λελέχθω, ἵνα ἡμᾶς *habent super eos, benefici vocantur: Vos autem*
μὴ λανθάνῃ τὰ παρὰ τοῖς ἰσοδυναμίας τῶν κατὰ *non sic*, & cætera. Hæc itaque dicta sint,
τὸν τόπον ἐπιμιξίας ματθαίῳ, καὶ μάρκῳ, καὶ B ne nos convenientia fugiat, quam hoc loco
ἐκ μέρους τῷ λουκᾷ. ἤδη δὲ καὶ τὴν διάνοιαν τῶν λε- Matthæus, & Marcus, & partim etiam Lu-
γομένων ἡμῖν ἐξετάσεον. προείρηται ὅτι τῶν cas servarunt. Jam vero ipsa eorum quæ à
παρὰ τοῦ ἰησοῦ πρωτείων ἐπεδικάζοντο ἰάκωβος nobis dicta sunt sententia disquirenda est.
καὶ ἰωάννης, καὶ ἠξίουν λαβεῖν τὸ καθίσαι ἐκ δε- Supra diximus Iacobum & Iohannem de
ξιῶν καὶ ἐξ εὐωνύμων αὐτοῦ ἐν τῇ βασιλείᾳ αὐ- primo apud Iesum consequendo loco con-
τοῦ, ἢ ἡ μήτηρ αὐτῶν τοῦτο ἤτει παρὰ αὐτῶν. καὶ tendisse, ab ipsiusque dextris & sinistris in
λέλεκται ὅτι ἀπὸ τούτου, ὡς καὶ αὐτοὶ τῶν παρὰ ipsius regno ut sederent, postulasse, ipso-
τοῦ ἰησοῦ πρωτείων ἀπεδικάζοντο, οἱ λοιποὶ rumve matrem id pro eis rogasse; illud quo-
ἠγανάκτησαν δέκα, εἰ ὑφαρπάζειν βέλονται que addidimus reliquos decem, utpote qui
ἰάκωβος καὶ ἰωάννης, ὡς πάντες τοὺς λοιποὺς δε- C de primis apud Iesum obtinendis partibus
κα ὄντες, τιμῶν τοὺς τὸν ἰησοῦν κατὰ τιμὴν δό- ipsi quoque disceptarent, hoc nomine fuis-
ξαν ἐχθρωτα. τούτων δὲ προειρημένων κατὰ τὸν se indignatos, quod proximum Iesu in glo-
λόγον, ὁ ἰησοῦς προσκαλεῖται ἤτοι τοὺς ἀγα- ria locum præripere vellent Iacobus & Io-
νακτήσαντας δέκα, ἢ καὶ μετὰ τῶν λοιπῶν δύο, καὶ hannes, quasi reliquis decem præstantiores
διδάσκει τὴν ὁδὸν καθ' ἣν μέγας ἐν πρώτοις πα- essent. His autem cum ratione præmissis,
ρὰ τῷ θεῷ. τὸ δὲ λεγόμενον ἴδιόν ἐστιν, accersit Iesus vel eos decem qui fuerunt in-
ὅτι οἱ μὲν τῶν ἐθνῶν ἄρχοντες, καὶ δοκοῦντες αὐτῶν dignati, vel una cum reliquis duobus, & ra-
ἄρχειν, οὐκ ἀρκέσθροι τοῦ κυριεύειν τῶν ὑποτε- tionem ac viam addocet qua magnus ali-
ταγμένων, βιαιότερον αὐτῶν κρατεῖν θέλοντες, quis & prior apud Deum evadat. Tale au-
καὶ κατακυριεύουσιν αὐτῶν. ὁμοίως δὲ καὶ οὐκ D tem illud est, quod ipse ait; Principes Gen-
κατὰ τοῦτον τὸν βίον τοῦτο ἀξίαν ἐν τοῖς ἔθνεσι tium, vel qui in eos imperium tenere viden-
μεγαλοψυχίαν ἴσαν. ἐπὶ τὸ ἐξουσιάζειν τὸ ὑπη- tur, subditis suis dominari non contenti, du-
κόων, ἀλλὰ κατεξουσιάζουσιν αὐτῶν κατεξ- riter ipsis imperare volentes, per vim eos
ουσιάζουσιν αὐτῶν. ἐν ὑμῖν δὲ τοῖς ἐμοῖς γνωρί- subigunt: quemadmodum & Gentium op-
μοις μὴ ἔσωτὰ ὑτα, μηδὲ οἱ ἀρχὴν πανταχόθεν timates in vitæ hujusce dignitatibus satis
ἐγκεχειρισμένοι τῶν εἰς ἐμὲ πιστευόντων, ἢ ἐξουσίαν ἐν non habent in subjectos potestatem habe-
ἐκκλησίᾳ ᾧ πατρὸς μου καὶ θεοῦ ἐχθὲν νενομισ- re, sed contra eos insurgentes potestate sua
μένων, κατακυριευέτωσαν τῶν ἰδίων ἀδελφῶν, ἢ abutuntur; at inter vos Discipulos meos
κατεξουσιαζέτωσαν τοῦ ἐπὶ τῶν δι' ἐμοῦ θεοσέ- hæc ita se non habento; neque quibus ali-
βειαν καταπεφυγότων. ἀλλ' εἴπερ βέλεταί τις E quod traditum in eos est imperium qui mihi
τῶν παρ' ἐμοῦ κρείττων μέγας, καὶ συγκρί- fidem habent, vel aliquam in Patris mei &
σεως ἕνεκεν ἀδελφῶν ὑπερέχων, πᾶσι διακο- Dei Ecclesia potestatem habere creduntur,
νείτω ὢν βέλτιστος εἶναι μείζων. εἰ δὲ καὶ τοῦ παρ' ἐ- fratribus suis impotenter imperanto, &
μοὶ πρωτείων τις ὀρέγεται, ἴσω μηδενὸς ἔσεσθαι præter jus & æquum eos regunto qui ad
πρῶτος, ὥ παρὸν δουλεύειν μὴ ἐθέλουσι δουλεί- cultum Deo per me exhibendum confuge-
αν τῶν καὶ ἐν μετριότητι καὶ τῇ ἐπαγομένῃ ταπεινό- runt: sed si quis apud Patrem meum ma-
τητι, τοῦτο δουλοῦντα ὠφελῆσαι δυναμένην, gnus haberi vult, & fratribus suis præstan-
ὀνῆσαι ἢ διαπῦσαι καὶ τοὺς δουλουμένους. ὁ δὲ tior, omnibus ministrato, quibus major esse
Λουκᾶς, βασιλεῖς τε ἐξουσιάζοντας ἐθνῶν προσαμβάνει εἰς τὸν λόγον, ἀποτρέπων τὸν βλέ- contendit. Quod si quis primas etiam apud
me tenere partes cupit, se nemini prælatum
iri sciat, cui cum servire potuerit, minime
tamen servierit servitutem in modestia &
laudabili humilitate positam, quæque ser-
vienti prodesse, eos autem juvare &
reficere possit, quibus ipsa exhibetur.
At Lucas Reges & Gentium dominos
oratione sua comprehendit, eum deter-

rens qui inter frattes major esse voluerit, A quo minus regiam potestatem, vel palpi cupiditatem principibus insitam imitetur; id nos edocens, ut qui inter nos major revera est, fiat sicut junior, hoc est sicut puellus propter simplicitatem, & propterea quod aliis nunquam se anteferat: Princeps vero, (sic autem appellandum existimo qui in Ecclesiis Episcopus vocatur) tanquam qui ministrantibus ministrat. Atque hæc quidem docet nos Dei Verbum: nos autem sive doctrinæ Jesu hoc loco traditæ sententiam non assequamur, sive talia Servatoris aspernemur præcepta, tales sumus ut nequissimorum inter Gentes principum superbiam aliquando superemus, & satellites haud secus ac Reges tantum non conquiramus: quin etiam nos ad terrorem componentes, difficilesque ad nos aditus, pauperibus præsertim facientes, tales iis accedentibus & aliquid rogantibus nos exhibemus, quales tyranni, principumve crudelissimi supplicibus sese non præbent. Ac in plerisque legitime constitutis, sed majorum præsertim civitatum Ecclésiis principes populi Dei videre licet, haud ullam apud se æqualitatem servari, ne præstantissimis quidem nonnunquam Jesu Discipulis permittentes. Certe Apostolus heris erga famulos præceptum tradit dicens: *Domini, quod justum est, & æquum servis præstate, scientes quod & vos Dominum habetis in cælo*; quin etiam adversus servos minas remittere heros docet. Nonnullos autem asperis utentes comminationibus videre licet, aliquando peccati obtentu, nonnunquam etiam præ pauperum contemptu, contra Apostoli sermonem qui sic habet:

Col. 4. 1.

Gal. 2. 9, 10 *Dextras dederunt mihi & Barnabæ societatis: ut nos in Gentes, ipsi autem in Circumcisionem: Tantum ut pauperum memores essemus:* & rursum nullam erga subditos æquabilitatem in animum inducentes; neque modestiam & æquabilitatem inter Christianos potissimum versari debere cogitantes, sed inter eos præsertim qui dignitatem aliquam in Ecclesia gerunt: scriptum

Eccl. 3. 20. est enim: *Quanto magnus es, humilia te in omnibus, & coram Deo invenies gratiam.* Illud quoque scire nos oportet, quod in Proverbiis scriptum est his verbis: *Antequam*

Prov. 18. 12 *conteratur, exaltatur cor hominis, & antequam* E *glorificetur, humiliatur*; ac devitandum item est, ne in eam delabamur sententiam, eundemque proferamus sermonem, ac qui excusatione se tueri volens erga Jesum à quo

Luc. 10. 27, 29. præceptum illud acceperat: *Diliges proximũ tuum sicut teipsum*; Servatori respondere non erubuit: *Et quis est meus proximus?* Id etiam à Paulo didicisse par erat: *Quum posſemus vo-*

μῶν εἶναι ἐν τοῖς ἀδελφοῖς μείζονα, μιμεῖσθαι τὸ βασιλικὸν ἐξουσίαν, ἢ τὸ τῆς κολακείας ἐπιθυμίαν. διδάσκων ἡμᾶς ὁ μὲν ἀληθῶς ἐν ἡμῖν μείζων γένηται ὡς ὁ νεώτερος, τουτέστιν ὡς παιδίον, ἁπλότητος καὶ ἰσότητος χάριν. ὁ δὲ ἡγούμενος, ἔτω δὲ ὀνομάζεσθαι τὸν καλούμενον ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἐπίσκοπον, ὡς τοῖς ὑπηρετικοῖς διακονούμενος. καὶ ταῦτα μὲν ὁ θεῖος διδάσκει ἡμᾶς λόγος. ἡμεῖς δὲ ἵνα μὴ νοοῦντες τὸ βέλτιστον τῆς διδασκαλίας ἐν τοῖς ἐπιπολαίοις, ἢ καταφρονοῦντες τῶν ἐπιεικεστέρων ἐπιπολαίων καὶ ζωηρῶν, τοιοῦτοί ἐσμεν ὡς ἐνίοτε καὶ ἐν τῷ κακῶς σχολῶν ἐν τοῖς ἔθνεσιν ὑπερβάλλειν τύφον, καὶ μονονουχὶ ζηλεῖν ὡς οἱ βασιλέως ὀρυφόροι, καὶ φοβεροὺς ἑαυτοὺς καὶ δυσπροσίτους μᾶλλον τοῖς πένησι κατασκευάζοντες, τοιοῦτοί ἐσμεν πρὸς αὐτοὺς ἐντυγχάνοντας ἡμῖν, καὶ πόθεν πάντων ἀξιοῦντας, ὡς ἐδεῖ οἱ πλούσιοι, καὶ ὑπὲρ τῶν ἐχόντων πρὸς τοὺς ἐνδεεῖς. καὶ ἔστιν ἰδεῖν ἐν πολλαῖς νομιζομέναις ἐκκλησίαις, καὶ μάλιστα ταῖς μειζόνων πόλεων, τοὺς ἡγουμένους καὶ λαοὺς καὶ θεοῦ, μηδεμίαν ἰσολογίαν ὑπερέποντας, ἐὰν ὅτε καὶ τοῖς καλλίοσι τῶν ἐκκλησιῶν μαθηταῖς, ἵνα πρὸς αὐτούς. καὶ ὁ μὲν ἀπόστολος τοῖς κυρίοις φησὶ τοῖς οἰκετικοῖς ἐν τοῖς διδόσεσι λέγων. οἱ κύριοι τὸ δίκαιον καὶ τὴν ἰσότητα τοῖς δούλοις παρέχεσθε, εἰδότες ὅτι καὶ ὑμεῖς ἔχετε κύριον ἐν οὐρανῷ. διδάσκει δὲ καὶ δύνασθαι τὴν ἀπειλὴν τοῦ δεσπότου καὶ τοῦ οἰκετικοῦ. ἔστι δέ τινας ἰδεῖν ὡμοὺς ἀπειλοῦντας, ὅτε μὲν πρόφασιν ἁμαρτίας, ὅτε δὲ τὸ καταφρονεῖν τῶν πτωχῶν, καὶ τὸν ἀποστολικὸν λόγον ἐν ᾧ λέλεκται. δεξιὰς ἔδωκαν ἐμοὶ καὶ βαρνάβᾳ κοινωνίας. ἵνα ἡμεῖς εἰς ἑαυτούς, αὐτοὶ δὲ εἰς τὸ πρόσωπον, μόνον τῶν πτωχῶν ἵνα μνημονεύωμεν, καὶ πάλιν τὸ πρὸς τοὺς ὁμοφυεῖς ἰσότητα μηδὲ ἐννοοῦντας, μηδὲ φαντάζοντας ὅτι καθήκει ἀτυφίαν καὶ ἰσότητα μᾶλλα χρισιανοῖς ἐμπολιτεύεσθαι, καὶ ἐξαιρέτως ἐν τοῖς ὑπερέχειν τινα ὀνόματος ἐκκλησιαστικοῦ φορεῖσι. γέγραπται γάρ. ὅσῳ μέγας εἶ, τοσούτῳ ταπείνωσον σεαυτόν, καὶ ἔναντι κυρίου εὑρήσεις χάριν. ἐχθὲς δ' ἡμᾶς εἰδέναι καὶ τὸν παροιμίας ἔτως εἰρημένον. πρὸ συντελείας ὑψοῦται καρδία ἀνδρός, καὶ πρὸ δόξης ταπεινοῦται. ἐκκλίνειν δὲ καὶ τὸ πρόπετὲς τῆς φρενῆσαι, ἢ εἰπεῖν λόγον, ὃν εἶπεν ὁ θέλων ἑαυτὸν δικαιῶσαι πρὸς τὸν ἰησοῦν διδάξαντα τό. ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς ἑαυτόν, ὃς δὲν ἦν πλησίον; ἔδει δὲ καὶ ἀπὸ παύλου μεμαθηκέναι τὸ.

δέσθαι τῆς σωτῆρος εἰπεῖν. καὶ τίς ἐστί μου πλησίον; ἔδει δὲ καὶ ἀπὸ παύλου μεμαθηκέναι τὸ.

διωσ-

δωάμωμοι ὂν βάρ ἔιναι ὡς χρισ̃ὰ ἀπόσολοι, ἐχλοηθημεν ἤπιοι ὂν μέσῳ ὑμῶν, ὡς ἐὰν τροφὸς θάλπῃ τὰ ἑαυτῆς τέκνα. ἐχθὲν μιμήσασθαι καὶ τὸ. ἢ ἁμαρτίαν ἐποίησα, ἐμαυτὸν ταπεινῶν, ἵνα ὑμεῖς ὑψωθῆτε, ὁι ἄρχοντες ἔν τῶ μὲν ἐθνῶν κατακυριεύετωσαν αὐτῶν. τῆς δὲ ἐκκλησίας, δελευέτωσαν αὐτῆ. ἀλλὰ καὶ ὁι μεγάλοι μὲν τῶ ἐθνῶν κατεξουσιάζετωσαν αὐτῶν. τῶ ὃ πιστῶν, ἀκουέτωσαν τ̃ὰ. μάθετε ἀπ' ἐμοῦ ὅτι πραὺς ἐιμι, καὶ ταπεινος τῆ καρδία, καὶ εὑρήσετε ἀνάπαυσιν ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν. παρθυώμεθα ὃ καὶ ἐν τὸ μὴ δοκεῖν ἔχειν κολακείας, μηδὲ ἡδέως καλεῖσθαι ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων ἐφ' οἷς ἂν δόξωμεν δεῖναι πεποιηκέναι, δύσεργές). ἃ ταῦτα δὲ φαμεν ἀνεπιμόνως ταπεινὰν ἑαυτὰς θέλοντες ὑπὸ τὴν κραταιὰν χεῖρα τοῦ θεοῦ, καὶ τὸν λόγον αὐτοῦ, ὑπὸ τὴν ἐκκλησιαστικὴν διακονίαν. ἔστι δ' ὅτε χρὴ καὶ τῶν ἀποστολικῶν φωνῶν, τὰς ἁμαρτάνοντας ἐνώπιον πάντων ἐλέγχειν, ἵνα καὶ οἱ λοιποὶ φόβον ἔχωσιν. ἔστι δ' ὅτε δεῖ χρῆσαί μύρον τῆ ὀξυσία ἁλῶναί τινα τῷ Σατανᾷ εἰς ὄλεθρον τῆς σαρκὸς, ἵνα τὸ πνεῦμα σωθῆ ἐν τῆ ἡμέρα τοῦ κυρίου. ὡσαύτως δὲ τὸ ἐιδέναι ποιητέον, νουθετητέον δὲ τοὺς ἀτάκτους, καὶ θαμυθητέον τὰς ὀλιγοψύχους, ἀνθεκτέον τῶν ἀσθενῶν, καὶ πρὸς πάντας δὲ μακροθυμητέον, καὶ ἐδενὶ κακὸν ἀντὶ κακοῦ ἀποδοτέον. καὶ ἐχρὴν ἡγεῖσθαι ἐχθρὸν ἔιναι τὸν ἁμαρτάνοντα, ἀλλ' ἀκουτέον ἃ ἀποστόλε λέγοντος. μὴ ὡς ἐχθρὸν ἡγεῖσθε, ἀλλὰ νουθετεῖτε ὡς ἀδελφόν. ἃ ταῦτα πάντα μοι λέλεκται βουλομένῳ καὶ τὸν λόγον θαρσῆσαι ὅτι ἐμιμητέον τῷ ἀρχοντα τῆς ἐκκλησίας τὸν ἄρχοντα τῶν ἐδελοπρεπῶν τὰς κατακυριεύοντας, καὶ κατεξουσιάζοντας, ἃ βασιλεῖς. ἀλλ' ὅσῃ δυνάμις ἃ ἐν τούτοις χρεὼν μιμητέον τὸν ἁπλουστάτον, ἃ γυναιξὶν ὁμιλοῦντα, ἃ παιδίοις ἐπιτιθέντα χεῖρας. εἰ καὶ μείζονα δ' ἐχρῆν λόγον τὸν ἰησοῦν βεβληκέναι ὕδωρ εἰς νιπτῆρα, ἃ τὰς πόδας τῶν μαθητῶν κεκαθαρκέναι, ἐδὲν ἧττον καὶ τῶ λέξιν ἀκουτέον ἀπὸ τοιούτων λεγόντος. ὑμεῖς φωνεῖτέ με, ὁ διδάσκαλος, ἃ ὁ κύριος, ἃ καλῶς λέγετε, εἰμὶ γὰρ, καὶ τὰ ἑξῆς. διὰ τούτων γὰρ διδάσκει μιμητὰς αὐτὸν τῆς ταπεινότητος γίνεσθαι τοὺς μαθητὰς. τάχα δ' ἃ ἐπεὶ κύριος ὢν ἐδούλευσεν τοῖς ἀνθρώποις σωτηρίας τῷ γένει ἡμῶν, καὶ τέλος μορφὴν δούλε ἀναλαβὼν, καὶ τελευτήσας ἑαυτὸν γενόμενον θανάτου, ἃ εἰπὲ διὰ τοῦτο ὁ θεὸς αὐτὸν ὑπερύψωσεν, ὁ βουλόμενος ὑψοῦν τὰ θαπεινὰ ποιησάτω τῷ διὰ τάδε πνα ὑπερυψωθῆ. καὶ γὰρ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου εἰ καὶ διηκονήθη, ἀνί-

A bis oneri esse, ut Christi Apostoli: sed facti sumus lenes in medio vestrum, tanquam si nutrix foveat filios suos. Hoc etiam imitari oportebat: Aut nunquid peccatum feci, meipsum humilians, ut vos exaltemini? Gentium ergo principes suo in eas imperio violenter utantur; Ecclesiæ autem Principes ipsi serviant: & Gentium primores potestatem in eos iniquam teneant; fidelium autem, dicto huic obtemperent: *Discite à me quia mitis sum & humilis corde, & invenietis requiem animabus vestris.* Assentatio-

